



**Theoricae medicinae, totam rem miro compendio  
complectentes, non modo Medicis aut Chirurgis, veru?m &  
omnibus quibus sanitatis diuitiae cordi sunt, accomodae,  
atq[ue] adeo? necessariae.**

<https://hdl.handle.net/1874/437384>

# THEORICAE MEDICINAE, TOTAM REM

mīro compendio complectentes, non modō Me-  
dicis aut Chirurgis, verū & omnibus quibus  
sanitatis diuitiæ cordi sunt, accommodæ,  
atq; adeò necessariæ. Tertio Damiano  
Vissenaco Decicopolitano Doctore  
& Medico & Chirurgo  
Autore.

## HIS ACCESSIT LIBELLVS

tempore quo hoc malum sœuiret  
ab codem concinnatus.



CVM GRATIA ET PRIVILEGIO  
vt ex Diplomate Cæsareo in calce libri  
adpresso cuiuis palam est,

M. S. ad Lectorem.

Quisquis amas tenerum morbis subducere Corpus,  
Hunc lege qui offertur lector amice librum.  
Candidus est, nitidisq; Typis excusus, & arte  
Palladia, quantum per tenebras licuit:  
Cæcutimus enim quandoq; humanaq; passi  
Stertimus heu longum: parcite, nox aderat.  
At si sensa tuis occurrent pleraq; votis,  
Terq; quaterq; legens hæc placitura scio.  
Hanc confido tibi gratam fore lector opellam,  
Atq; hunc non temerè scripta dedisse Virum,  
Quem licet inuidia morsus lacerare laboret,  
Attamen hinc viator post Damianus erit.  
Si qua lues liuoris erit suspecta, malorum  
Inuidia est, scic definc conficiat.

# ILLVSTRI AC

MAGNIFICO VIRO NOBIS

litate & virtutibus clarissimo D. Nicolao Perrenotto Domino à Granduella, Sacræ Cæsareæ & Catholicæ Maiestatis supremo Consiliario, & Sigillorum custodi, Domino colendissimo, Damianus Vissenacus Decicopolitanus  
S. Perpetuam.



Vàm mihi studio sit,  
vt incolumitas humana  
na primas occupet, Vir  
splendidiss. eruditissi-  
meq; licet hic conatu  
lus meus queat osten-  
dere, in quo non illo  
grallatorio pede ince-  
do quidem, sed alios  
sublequor nō passibus

xquis, tamen abditior quædam cupid extimis sedet  
præcordiis, quam licet facultas testari nequeat, seduli-  
tas adiuuat tamen inuidiaq; exonerat. Fateor complu-  
res humeros potuisse supposuisse suos, & tueri prouin-  
ciam à me susceptram: sed quod mihi planè vindico, in  
illis desiderare cogor. Fecere periculum virium sua-  
rum, ac nonum premunt in annum, iuxta illius consi-  
lium Horatii, at non ex sententia profectò. Indiget  
enim præsente fragilitas humana ope, confilioq; sub-  
ito, neq; in quo expectandum sit quibusuis, ac si capi-  
enda sit Arx aut Ciuitas: ibi planè sit locus huic sen-

tentiæ, ut Scipioni Chartaginensium hosti perpetuō  
placuit: quem Opt. Max. Pientissimus, Inuictissi-  
musq; Princeps Diuus Carolus quintus Romanorum  
Imperator semper Augustus, Anno 1536, in eiusdem  
gentis arcisq; Golete expugnatione, & regni Tunetani  
recuperatione imitari haud veritus est, certè cum  
summa gloria ac laude: Cunctando enim nobis semi-  
per restituit rem. Non confuevit sanè sua Maiestas  
aliorum more rumores ponere ante salutem. Proin-  
deq; Victoria dea prudētia Maiestatis suæ fautrix nun-  
quād defutura, nullibi illi non adest. Itaq; mortales  
omnes hac in re sic antecellit, ut verè Nicarchus pre-  
clarissimus dici mereatur ac debeat. Quod & Papien-  
se bellum anno 1514, cæteraq; subinde quotidianæ  
victoriæ diuinitus prorsum concessæ per vniuersum  
terrarū orbem perspicacissimè docent. O mirabile, fau-  
stum, felixq; Inuictissimi Imperatoris nostri ingenium,  
qui tandem (ut Vergilius ait) omnipotente Deo pla-  
nè adiutore Super & Garamantas & Indos  
Proferet Imperium: iacet extra sidera tellus,  
Extra anni Solisq; vias, vbi cœlifer Athlas  
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum:  
Huius in aduentu iam nunc & Caspia regna  
Responsis horrent diuum, & Mœotica tellus,  
Et septem gemini turbant trepida ostia Nili,  
Nec verò Alcides tantum telluris obiuit  
Fixerit Aeripedem ceruam licet, aut Erymanthi  
Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu,  
Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis  
Liber, agens celso Nisæ de vertice tigres.  
Nec dubitamus inquam virtutem extendere factis.

Sed

Sed ad institutum . Ego mulierculis hac in parte im  
par inueniri nullo modo volo , quæ in ancipi & ipso  
periculi cardine longè viros antecedunt , depulso stre  
nuè quod imminebat malo , aut quoad licuit nonnihil  
mitigato . Debebant illi , si ingenuitatis libamenta de  
bent extimari , suam opem pariter & operam in cōmu  
nem ædere salutem . Malè enim de Republ. meretur ,  
quisquis consilio præstans ciuitatis incolumentem re  
tardat , & remoris trahit tædiosis . Item & is , qui medi  
cæ rei gnarus thesauros nauati probè studii abdit , sibi  
canens & Musis , haud recto iudicio facit semet humi  
volutans frustranea sui mensura , dum attolli debebat  
ac doctorum censuram non abhorrere . Sunt illi hu  
manitatis totius amatores , nec statim Lælios aut Cice  
rones in aliis leuioris notæ desiderant , sed amplectun  
tur studium , atq; bonam mentem exosculantur . Non  
cuius contingit Athenas adire : nec omnes Xenophon  
tes esse quimus , quem virum Musam Atticam appell  
auit Cicero , Laërtio teste . Vniuscuiusq; vires animad  
uertendæ sunt , & metienda facultas . non idem impe  
tramus à puerō , quod in viro desideramus : non à seni  
belli molem : nec à muliercula dicundi iuris maiesta  
tem . In donaria Dei offert quisq; quod potest , litantq;  
mola qui thus non habent . Isti excutere puerilem de  
bebant verecundiā : quæ pariter & mihi imposuit iam  
dudum , & conanti assurgere immensum quantum con  
tradictorum pelagus exciuit . Hic vinci pulcherrimū  
sanè : absit tamen verecundiæ vt faces quis referat . A  
teneris & ignorantia rudimentis ad aliquem scientiæ  
modulum euasimus . Pedetentim sunt ardua musarum  
scandenda : nec statim nobis vendicamus quod à lon  
ge

ge per nebulam cernimus. Plerosq; vota sua frustrantur: alios in medio cursu destituunt: sunt & albæ galinæ filii, quorum vota ex alto fouet Deus, & veluti sibi proprios vindicat. De vulgi iudicio non admodum curandū: nam tum pessimè nos dixisse arbitremur, dū ab illo maximè nobis applausum viderimus. Quemadmodum enim Philosophia est paucis contenta iudicibus, Cicerone in Tusculana quæstione ad stipulatorem, multitudinem ipsa fugiens consulto: ita & res medica ad arbitros releganda examissas est, & rāros, si in ciuitate iuxta Platonis placitum rari esse debebunt. Nam controuersiarum myriades enascentur, si suam quisq; sententiam mordicus tueatur. At spes affulget serenior & ingeniorū cultus, qui iamdudum cœpit efflorescere, τὸν καρποφόρον autumnum ac vñfurariū pollicetur. Nam sexagenarii veteres postliminio redeunt, & gazas impartiri contendunt posthumis, ne sint ab hæreditate paterna alieni. Contendunt pariter moderni, & propemodum lampada cursu eripiunt veteribus, dum non solum illorum sedulitate abutuntur, sed & nonnihil adiiciunt. Quingentis penè annis delituerunt puluere situq; obducti Hippocrates & Galenus, at nunc iu lucem eruti, non tam fœnus commodant quām vñoram recipiunt. At quotusquisq; vel doctrina clarus ante annos aliquot fuit, qui hos ē situlenteritis locis tetro ac aspernabili odore sanè olfactantium nares offendentibus subtrahere conatus est. Atq; vtinam totus viueret Hippocrates, quemadmodum illius confessator & interpres Galenus, nuper adeò opera doctissimorum virorum, Thomæ Linacri præsertim & Guilielmi Copi, quasi totus reuixit. Verū scalmus iste

iste quem adhuc superesse gaudemus , littori optato  
reddere nos poterit , & ad portum reducere . Arte hac  
in parte opus est , ac subremigatione pedaria . Plæraq;  
sunt aliam induita faciem , & sicut alii dies alios item  
mores ferunt , ita alia ægritudinum genera diuersam  
medendi formulam requirunt . Hic si quis se virum  
ostendat , saltum & Rhodum occupauit . Huc plæriq;  
contendimus omnes , & è carcere feruentibus erumpi-  
mus rotis . Verùm præmium fert , qui prior anteuerte-  
rit . Non tamen à tergo relictis desperādum arbitror ,  
inter quos & meipsum constituo . Præclarè etiam vo-  
luisse rei publicæ , laudi dicitur , ac laudanda seduli-  
tas , si strenuè partes suas obeat quis , non absoluto li-  
cet ad conditum opere . Quod vñu mihi venisse ( vt  
quid eam inficias ) non diffiteor in hoc conatu . Nam  
instituti operis ratio emunctiora postulabat , & quod  
demorsos saperet vngues . Veruntamen per Medicorū  
& philosophorum opera subcisiuis horis currenti hæc  
se obiecit cogitatio : Quur frustra niteris ? lōgè te me-  
lius dixerit tibi præui & antistites , vt tuis hisce nugis  
non sit futurus locus . Sit sane inquio . Attamen nec illi  
omnia assequuti sunt : alicubi restitant , nonnunquam  
temerè asseuerant , impingunt subinde . At ego si nihil  
adfero , laterem Iauī . Neq; quum condiceretur hæcope  
ra erant in albo hoc , adeò non est illis ædita qui eam  
auersantur . Verùm hi mihi propitiū erunt æquanimio  
resq; , qui non aspernantur oluscula , & agrestibus in-  
structam cœnulam pulpamentis . Qui dubias mensas  
tucketis constructas desiderant , cornu dapsile adeant  
priscorum atq; adeò recentium si visum erit . Ego iter  
immensum modico compendio transagi , rei medicæ  
summā

summam in his tribus libellis compingens, vt habet  
ant fortè si hanc gangrænam sustineant ipsis insidian-  
tem vnde eam discernere queant, & iuxta malum cor-  
uum malum ouum agnoscant. Quem laborem, vbi  
mecum rationem iniissem, cui potissimum commen-  
dandum relinquem, oblata est tui Mnemosyne vir  
omnibus numeris absolute, vt quem prudentiæ apex  
condecorat, & fauor erga eruditos quosq; propensus  
verè amabilem reddit. Quo satis ore tuis famam  
virtutibus addam, Augur amate Deis. Accipe  
igitur tuitioni tuæ dedicatam frugum pri-  
marum messem, & munus leuidense obuio  
accipe sinu. Quod licet sui exiguitate  
Magnificentia tuæ sit impar, tamē  
admissum intra memoriam sinum,  
non onerabit subinde lectitan-  
tem, vt spero, nec fastidium  
generabit. Lege igitur, ac  
bonis auibus fruere, vt  
perpetuum valeas, &  
Nestoreos superes  
annos Meccenas colen-  
dissime, & obseruandiss.  
Patrone.

Ex arce Illustriss. Principis Domini Adol-  
phi de Borgundia D. de Beuere prope  
Vcream Zeelandiæ.  
1540. 17. Cal. Aug.

# THEORICARVM

## MEDICINÆ LIBRI PRIMI PARS

### PRIMA DE VICTVS RATIONE

tam sanorum q̄ agrorum agit : Cuius caput  
primum de Medicinæ inuentione , de  
Sectis, Sectarumq; auctoribus differens,

Empiricorū fœda scelera detesta-  
tur . Postremo docens quā in  
victu consideranda sunt.

### CAPVT PRIMVM.



Edicina ars inquam diuina in  
hoc traditur, inuentavti salu-  
brium sit corporū custos, atq;  
adeò conseruatrix; insalubriū  
verò restauratrix . Non eam  
nunc deprēdicamus quam A-  
pollinem inuenisse opinatur  
Soranus ille Ephesinus: cui asti-

Medicinā  
dedere su-  
peri, qua  
nō alia ars  
magis fa-  
miliaris,  
aut amica  
humano  
generi,

pulatur immortali ingenio poëta libro transformatio-  
nis primo, quum de Apolline lequens ait:  
Inuentum Medicina meū est, opifexq; per orbem  
Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis.

Huius flagitio natus Aesculapius, qui Hippolitum ab  
Orco reuocasse & sanitati restituisse dicitur, sectam il-  
lam ab omni rationis æquilibrio synceroq; medicandi  
modo ac ordine longè alienissimam Empiriam nem-  
pe suis persuasit: cuius consequenti quasi experimento  
tumidi *ιαπτυοι* sunt vocati . Hunc apud inferos Stygias  
Acherontis vndas minimè gratum hospitem incole-  
rem, atq; trisulco iustum fulmine detrusumq; nūgan-  
tur

## DE VICTVS RATIONE.

tur Poëtæ, quibus quod libet licere volunt. Verum hic duos posteris Machaonem & Podalirion natos reliquit, qui inuisam hanc & fortuito magis q̄ solida doctrina nitentem Empirian, longo ( nempe a patris rogo ) tempore abolitam, postliminio in lucem reuocarunt. Atq; sane hoc indolendum, probisq; ingenii deplorandum, temeritatē hanc in nostra etiam tempora incidisse, vt quām latissime radices iam egerit, & malā quādam genimina ædiderit: quæ vt auelli extirpari q; nequeunt, ita duplo afficiunt malo, dum abs Vul-

Auariciam Medicuscō  
Medicuseō  
eemnere ac lo affectentur, ac posteris veluti hæreditario iure re-  
despicere debet, atq; adeo sibi persuasum habere, studiū pecunie nō ob aliud esse debere, nisi ne sitiamus, ne esu-  
riamus, ne algeamus: qui fecus fecerit, ad propriū artis finem nunq; deueniet: quippe fieri nō potest vt pecuniae studio vehemēter detentus, arē tam arduā assequatur.

Huc Note  
cui⁹ oculos  
ac mētem  
auri sacra  
fames per-  
strinxit

ppetrātes mali, in errores platearios, in ideotas, & Mu-  
lierculas sacrilegasq; noueras nō paucas ceu Harpyas  
sub atro religionis habitu, vel Hecates illius veneficæ  
filias hæc malorū Ilias coincidit, susq; deq; habētes, an  
φάρμακον θανάσιμον contemperēt, seu hominibus valetudina-  
riis scientia ductrice vera antidota concinnēt, quibus  
mortis acumina abigere queant. Quippe posthabitatis

Empirici  
medicamē  
torū q ob-  
tesq; curas animaduertere ( nam febres dicunt quoq;  
trudūt valetudinarijs vires sola obseruatione metiri cō  
sueuerit. Quod etiā hodie nō paucos qui se rationales ia-  
llat facere cernimus, assueveratē rationē nō esse cur rha-  
barbarū bilem ducat, cur agaricus pituitam, sed hęc talia  
moliri per proprietatem occultam, quam Braccam ( scilicet ) dicunt Medicorum. Illis nimis occultam, quos re-  
dius ignauos cessatores, ne quid interim indignius elo-  
quar, dixeris, quām Medicos aut rationales.

linquantur. Nunc  
in nebulones Avari-  
cia omniū scelerū  
ceu fomite nihil nō

ne vīl-

ne vmbra quidē dispositionis naturalis aut ordinis debiti obseruātes, morborūq; acutorū ac remissorum nesciētes media, ignari deniq; herbipotentiū virium, vena non raro pro remedii sorbere cogunt, idem Recepte (quod aiunt) genus in diuersis inter se morbis nō verentes obtrudere. Quibus profecto quæ nex: quæ crux: quod suppliciorū non competit mare? Imo isti veluti Capniopola ille, proprio digni erant adigendi tormento, & mali confilii luituri pœnas. Quare his ad Garamatas & Indos allegatis, nos ceteris accingamur. Nec enim his euincēdis operam insumendā existimo, qui temeritate plus agētes q̄ veritate, populi aures falacibus diuitiant verbis, præterea nihil solidi exhibentes. Quid enim p̄ Deos cōmodi præstāt: quid p̄mouēt: Imo, ubi subinde sex solidos menses ægros morbo adhuc eis incognito laborātes pharmacis mendacib. mediati sunt, aut manet quod principio eos acceperat malū, aut in deterius qd prolabūtur, vt iam omnis sit spes adempta salutis. Quis nō hanc infelicitatem deploret qua sese homines induūnt, & mille periculis obiectantur, dum ab his auxilia sperant, quibus præsentius est occidere q̄ viuiscare, innumeris interim mortis nebulis excitantibus. At qui spero q̄ Nemesis in hos breui summo suppicio animaduertet. Quia iam ratione Ciuitatum gubernatores excusandi veniunt, qui talium faciem nō exturbant: qui diras has Cloes, quid dicam dulces has Syrenas veneficas illices Scylleum quiddā residentes, & mille mendaciorū cuniculis circūseptas admittunt, præmiisq; dignantur? Atq; hoc magis indolendum, cum sit periculosa huius artis professio, esse

## DE VICTVS RATIONE.

tamen q̄ plures, qui talibus vitam suam malunt committere q̄ verè medico : adeoq; vulgus hominū amat decipi . Et nisi statim temeritate quadam procul inspecto lotio pronuncies sexum, etatem, morbū & morbi causam, medicum nō credunt. Ita illotis pedibus ad hanc prorumpitur, quasi passim quiduis licere putent quibus odor quispiam medicinæ afflauit. At vero assentatoria illa artis professio, coquinarię apud Platonem assimulatur, quæ non quod optimū est, sed quod dulcissimum præbens, plurimos in nassam coniicit . Itaq; ipsa extra omnem aleam veræ incomparabilis medicinæ, magis assentationis q̄ artis solidæ particula esse conuincit hac tempestate. Iccirco pleraq; Ciuitates multa laude dignæ censentur, quæ taliū deploratā & pditam nequitam (de Empiricis sermo est) suis prohibent & arcent finibus: & si irrepserint, clanculò exigūt, atq; exterminant. Celebrantur & hinc, nam & cōmunitatis tuitioni student incolumentiq; & cæteris exemplo sunt, ne talibus postremis studiis audeant incommodare plebi, atq; adeo sibi ipsis. Sed quo feror? Nam dum toti his Præstigiatricibus & planis salutis hominum exibilandis operam nauamus, metuendum, ne thiopem dealbasse, aut rixosę mulieri silentium indixisse videamur, vtrumq; enim impossibilitatis notam subit, & desperabile diiudicatur. Quibus autem secus videbitur, & escam illam malorum, voluptariā scilicet & culinariam lēnam suavitatemq; conjectari placet, suo faciant incommodo per me licebit, tantum ne dicantur huic albo inscripti: neq; enim cum condiceretur hæc opera, vt Plinianis utar verbis, illorū est habita ratio, qui frustrà rei medicæ student se calculo asse

afferere, quum toto (vt aiunt) aberrent cælo; & satis à plærisq; animaduersum est (quibus & nos quantquan-  
ti sumus, accedimus) hanc experientiam longè falla-  
cissimam esse, ac in hanc classem in qua de salubrium  
insalubriumq; ratione dissertatur, nequaq; admitten-  
dam. Ea Rationalis est, quam ~~λογικὴ~~ dicūt, hac nitimur,  
huic hæremus, hanc vendicamus vt probabilem, & à  
doctissimis in tantum exertam, cognitam, probatamq;,  
vt satis superq; sit nobis illorum vestigiis insistere, &  
nos horum ex auctoritate crescere, si qua possimus co-  
namur & pulchrum ducimus. Valeant igitur Empiri-  
corū errores & errores, qui sola experientia, nulla sci-  
licet indicatione docti, putant quibusuis morbis subue-  
niri posse, nullarum rerum nec naturarū, nec medica-  
mētorum habito discerniculo. Quod nisi fiat, frustrā  
satagimus rationalem hanc medicinam nobis persua-  
suri. Huius inuentorem Artaxerxis Persarū regis tem-  
pore floruisse in professo est, diuinum illud numen &  
Medicorum lucem, Hippocratē dico, qui insula Coo-  
natus, Heraclide patre progenitus, veluti Mānus quis-  
piam generosus prodiit, nepotum suffragantiū memo-  
ria notissimus, qui hanc pro viribus disciplinam ante  
Platonis tempora tractauit, ac veluti vrsum quempī  
elambēs fingensq; ac formās, genuinę formę restituit.  
Sciebat enim vir ille, neminē eousq; promouere posse,  
vt fortuito magis quām inuento prudēti ægris opitu-  
lari possit, nisi ratione primū discussisset morbi vim,  
& hominis naturam penitus cognitam haberet. Quod  
qui refugiunt, aut efficere non possunt, vt quid in hoc  
rationario collocentur. Hanc itaq; si sapimus, ample-  
xemur, hanc veluti centrum quoddam oculis arbitre-

Hinc pcul  
arceantur  
Academis  
cl. Pyrrho  
nij, nec mi  
nus & hq  
inducere  
confueo  
rūt senten  
tia suspen  
sionē quæ  
nihil diffi  
nit, quam  
Epochen  
appellant.

## DE VICTVS RATIONE.

mur, ad quod omnem rem medicam exigentes, pleno iudicio ægrotis ac valetudinariis subueniamus. Hanc tibi Gandavum persuasam cupio, huius candidatos ac vindices conciliare tibi stude, huius professores (etiam pestiferis Empiricis exterminatisq;) veluti magno congiario emereri velis. Nam quum in nullis rebus in salutē Reipub. necessariis desis, quid in Empiricis retinendis (citrā offendam dixerim) te aberrare conficor? Proinde si Res publicæ quælibet nequeunt in suo vigore durare, nisi prudenti consilio prouideatur: affecteturq; qui leges calleant, qui patrias consuetudines cognitas habeat, frustra concordiam unitatemq; spores. Ita ni huc animum aduoces, hoc ipsum ut efficias in Medicorum delectu, quos ut gnaros oportet, ita Platonis sententia raros designat, ne quicquam efficeris cætera tuendo, hoc negligendo. Hi sensato iudicio morbos aut arcent omnino, aut iam sequentes rationabili antidoto cohibent, & mitigant. Quæ enim ciuilis cordiæ maior conseruatrix, q; corporum animorumq; sanitas? Quæ duo sibi adeo indissolubili vinculo connectuntur, ut alterum sine altero male affectum non recte constet: Imo vel ipsi vulgatae sententiæ accidentes, scimus debere in fano corpore sanam habitare mentem. Prius enim animi sanum conciliabulum oportet esse ac domiciliū, ex quo veluti ex promo condonam suam opes propinet. Quis namq; valetudinarius recte equiq; libellam expendat, cui sat superq; est cum morbo luctari, nō eousq; promouere potest, ut cū Stoicis affectuum cōtemptoribus hanc gangrænā insuper habeat, aut omnino negligere possit; adeoq; oportet sanii

Quod etiā  
medicov el  
peritissimo  
haud raro  
accidere so  
let, ita pla  
nevit graui

## LIBER PRIMVS.

Fo. 8.

sani corporis confessionem sano adesse animo. Quod  
 nemo rectius præstare possit atq; examinatus vt præ-  
 diximus medicus. Quoniā igitur suspicienda sit & om-  
 nibus ingenii neruis celebranda Medicina, facile ad-  
 ducor vt credam, rarum esse qui nō in illius amorem  
 feratur, quē non solum humaniorum literarum candi-  
 datis hactenus celebrata est, sed etiam diuinis, vtpote  
 solidioribus testibus fulcita roborataq;. Cui maxime  
 assentit Ecclesiastes 38, vbi ait: Altissimus creauit ē  
 terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam.  
 Atq; alibi, Ante languorem adhibe medicinā. Huc huc  
 mihi arrigite aures Empiricorū logodædali, & phalāx  
 platearia: Ante languorem adhibendam medicinam  
 mandat sapiens ille secretorum gnostes, & tu mihi cū  
 tua vnica Recepta diuersis medicari gaudes & gritudi-  
 nibus? At nonne ratione ac prudenti consilio sanitas  
 conseruatur? nōne eadem amissa iisdem reuocanda est  
 magistris? quo pacto? Iisdem medicinæ gradibus in-  
 sistendum & gritudini, in quam sensim & per tempora  
 prolapsa est sanitas. At quo pacto id effeceris, nisi vi  
 morbi exacte cognita & scrutata, & qui modulus ille  
 viuendi conciderit ac iuxta hanc animaduertentiam  
 temperata medicina. At tu mihi. Vnica filia duos aut  
 plures generos vna fidelia diuersos parietes. Sed omit-  
 tamus hāc: nam cuiq; sanum quid sapienti perspicuū  
 est. Sine huius cognitione neminē dici vere medicū,  
 nullum recte sine hac vitam hāc auspicari. Quā tam  
 gnauiter exercuit & expoliuit Hippocrates noster, vt  
 illi secūdus repertus fit nemo, Imo si dicere fas est, sed  
 fas est, dū area licet sacula voluētur, dum suo iubare

aliquolabo  
 rāsincōmo  
 do alīū ac  
 cersire co  
 gatur q; ei  
 vtpote ob  
 morbi cru  
 ditatē feri  
 tateçparū  
 sibi sapiēti  
 medeāt &  
 auxiliares  
 manuspor  
 rigat. Fru  
 stra igitur  
 vulgus in  
 sanit in de  
 spectū ar  
 tis clamis  
 tās, Medi  
 ce medica  
 re teipsum

\*Hip. par.  
2. Sen. 7..

Qualis fuit  
 Appelles  
 inter picto  
 res: qualis  
 inter statu

A.iii. fol

## DE VICTVS RATIONE

arios Phidi sol mudi faciē exhibebit, & rerū fatorū ordo subinde  
as, talis in redierit, non illi quisq; æquandus, non pedē contulerit  
ter medi, quisq;. Quis enim vberantius rem medicā, quis maiori  
eos Hippo cū dignitate, quis pēsiculatius tractauit? quis exactiori penicillo deliniauit?  
crates Nec quis humanę naturę in-  
aliā habeo rationē Ga  
leno assen-  
tiēs cur ne-  
mo iā am-  
pli⁹ existat q; quod ille  
asseq; que-  
at, præter  
depravata  
educatio-  
nem, qua  
nūc educā-  
tur hoies,  
& diuitias  
virtuti an-  
tepositas. Ad hæc quis de vulgaribus ac domesticis morbis, de in-  
somniorū auguriis, de fœtuū incolumente, de multis  
periculis subinde obiecta natura fœminea cultius aut  
dixit aut scripsit? Interea non omittens de aëris, aquæ,  
& regionum quarūcunq; vel intentionibus, vel tempe-  
ramentis vel remissionibus, de medicina concinnan-  
da, ac in vniuersum de ægrotis restituendis, de quibus  
adecō eruditè ac cordatè scripsit, vt præstet faciem ob-  
ductam ob viri excellētiam, q; illius laudis encomion  
nō satis ingeniosa tractare manu: superat enim rei mo-  
les modicæ facultatis tenuitatem. Si conferre libeat  
modernos, atq; adeō nuper natos, & qui nascuntur ex  
eis, longis parasangis subsequi videoas: sic iste ad calcē  
properat, & solus fermè palmarium vendicat. Nemini  
tamen vetitum est, proximiorem locum occupare, mo-  
do conetur totis neruis assequi, quo ille cunctis ante-  
stare dignoscitur. Dicerem de victus ratione in mor-  
bis acutis, morborūq; prædictionibus, è quibus vir ille  
ratiocinatur aut sanitatem lādendam, aut reddituram  
incolumente, nisi omniū oculis cernere daretur q; va-  
leat hac in re. Quid liber ille Gnomicus? Deus bone  
quantus est in sententiis moderādis, q; succinctus & La-  
conismi amasitus? Non tamen Asiaticum mundum il-  
lum

## LIBER PRIMVS.

Fo. 9.

lum negligens, vbi aut poscit ratio, aut intellectus de-  
 siderat, adeò vt paucis complura, ac multa modicis iu-  
 dicari possit. Sine huius namq; libri præsidio, si qui se  
 Medicos afferant, profectò suam mediocritatem igno-  
 rant, quum raro sit qui non in huius lectione cæcutiat,  
 vt inquit ille, quando hoc opus totius fermè rei medi-  
 ex complectitur summā, ita planè vt ad veram medi-  
 candi artem nihil adeò conducat. Si quis verò hunc li-  
 brum dextrè tractarit, legat, intelligat, memoria te-  
 neat, non erit quod admodum multū desideret, quod  
 tamē magis in recessu videre est. Quare pluriū ne-  
 queo satis mirari vanitatē, qui Auicennā (phy. mollē  
 illum Sabæum,) Rafim, atq; dissiteri nō possum q̄ quod medici Louaniensis  
 Jacobum de partibus, & si ferre queant. Quippe apud hos malè audiunt h̄.  
 qui sint eiusdē farinę, Hippocrati præferre præsu-  
 munt, nulla eruditione, nullo iudicio, nō expensa-  
 doctrina viri. Sed præter viam hos finamus currere  
 & in tam miserandis errorū vndis libenter vt stropha  
 in luto volutari, frustrà enim coneris reuocare nō re-  
 dituros, sic est eorum ingenii. Verū diximus nulli  
 interdictū, vt si primo loco cum Hippocrate stare ne-  
 queat quis, obtineat secundū, atq; adeo proximiorem.  
 Neq; enim soli Achilli laus bellica adscribitur, etiam  
 Patrocli armis indutus Achilles velut alter idem red-  
 ditur. Est Claudius ille Galenus Hippocratis succeda-  
 neus, & quasi lampada cursu accipiens, posterior qui  
 Hippocrati germanus filius esse queat. Qui Pergamo-  
 Asiaciuitate natus, præclarus municeps Hadriani im-

Profecto  
 magis inge-  
 nuë & libe-  
 riū hoc di-  
 sertū ob id magnifico Gymnasiarchæ medicinæ  
 doctori ornatiss. domino Hieremiq; Thriuerio.  
 Neq; minor ē expectarem si quid aduersum me  
 possent, expertus sum nonnunq; illorū animos.

B pera.

## DE VICTVS RATIONE

peratoris tempore, atq; Antonii claruit. Hic tantus in arte medica censemur, vt diuino quodam oraculo ē māternis papillis vnā cum lacte ipsam medicinā artem elicuisse credatur. Optimi illi à primis annis, tenerisq; vnguiculis selecti præceptores, qui rudiſculā ætatem formarēt, Alexandriæ Græci, Romæ Latini. Hic post longam peregrinationē Romam rediens tumultu ex- citato, veluti furiis in illius caput ē Pādorę pixide in- uolutantibus, ac liuidolorum iaculis in Iudeam actus, tandem in nauī febre acutissima præuentus, immatu- ram eruditis profecto, suo autē tempore statam mor- tem obiit, anno ætatis suæ octuagesimo septimo. Quæ orbitas quantum posteris iacturæ intulerit, non est hu- ius temporis deflendo commonistrare. Reliquum est, vt Medicinæ (quæ sanorum & ægrorum scientia est) partes consideremus. Huius itaq; scientiæ (cuius sub- iectum, cauillationibus seclusis logicis, est corpus sa- num vel ægrum) partes potissimum à veteribus dux- sunt positæ: Theoria videlicet, & Praxis. At de priore hic agetur. Quæ si sanè intelligatur, sanitatem preſen- sentem tuentur sanitatem, amissamq; reuocat. tem tueri poterimus, au- Insalubria vero cōtraria faciunt. Constat igitur Salubria dictionem includere, & salutarē viſtū, fugientē verò absentēq; & medicamenta: Insalubria vero ærem, & de- reducere. Idq; duobus, viſtus sc. dietario demen- prauatam viſtus rationem.

so, ac medicaminum probo rectoq; vſu. Quod sanè hoc libello perspicaciter edocetur. Cuius libri prior pars, de viſtus ratione tam sanorum q; valetudinario- rum agens, hæc considerare docet:

Corporis dispositionē: Eiusdē temperaculū: Aetatē: Regionem: Consuetudinem: Cibi naturam: Tem- pus anni: Anni constitutionem: Quantitatem cibi adhi-

## LIBER PRIMVS.

Fo. 10

adhibendi, seu modum. Quisquis in medicinæ albo  
adscribi cupiat, & tanti nominis lucem auctorari, hæc  
q̄ solerti industria attendat necessum est; sine quorum  
notitia, dextraq; animaduerfione, absolutaq; specula-  
tione, nemo se venditare, nemo Medici nomine glo-  
riari poterit, immo nec ministerii artis umbram assequi  
licebit. Proinde non abs re, vitam breuem, artem Ion  
gam, occasionem præcipitem, Experimentum fallax,  
Iudicium difficile, est ab Hippocrate proditum. Qui  
bus consulto addidit: Non solum seipsum officio fun-  
gentem exhibere debere, sed & ægrum, & assidentes, &  
exteriora. Possunt & alia in victus rationis debita cō-  
stitutione obseruari, at non eo modo quin sub dictis  
compræhendantur. Iam ad reliqua.

De Corporis dispositione. Cap. II.

**C**orpus omne humanum aut suis cōtemperatum  
organis sanum est, aut iis aliter se habentibus, à  
sanitatis bono desclœsens, ægrum redditur diciturq;.  
Vtriusq; verò diffinitionem necessariò in ipso dispu-  
tationis vestibulo iam nunc ponendam reor. Verum,  
vt virtus vitio præstat, sic sanitas ægritudini: meritò  
igitur quod primum est & optimum, primum locum  
etiam occupet necessum est. Igitur à fano corpore su-  
mentes exordium, tractemus (vt par est) locum prima-  
rium. Corpus itaq; sanum (vt Gal. placet) dicitur, cu-  
ius singulæ partes ministerio ad eas quæ in vita neces-  
sariæ sunt actiones, sine aliquo vitio perfungi possunt.  
Si hi moduli vero concentu careat, diuersum accidit,  
ac in postremam classem redigitur, ægrumq; appellা-  
tur. Operatio partis cuiusvis lœsa, ægram hanc esse de-  
clarat. Idq; complurib. modis, nunc qualitatis pertur-

B. ii.

batæ:

Hip. Sen. 1  
par. 1 Aph.Victus ra-  
tio in se ha-  
bet sex res,  
quas p̄ter  
naturā di-  
cūt medici.

## DE VICTVS RATIONE

Sunt & affectiones seu perturbationes quædā quib⁹ inest virtus mouēdi ad talem qualitatis excessum, quales sunt audacia, timor, odīū, gaudīū, amor, & similes.

batax sauitia, nunc verò succi nocui corpori prædominantis tyrannica potestate, iam etiam cōtinuitatis solutione læso corpore. Si namq; ipsum modulo disturbato, immoderatius exicetur, aut humectetur, læsa sympathia non statim modo, corrupto fungetur officio. Nam prædominans qualitas humida laxat, quod in muscularum patet mollicie: si verò siccitatis vitio labore, exuccum redditur contrahiturq; quod itidē conuulsio declarat. Eodem modo de caliditate, & frigiditate videre est. Quis enim nesciat, succi immodi cum excessum corpori noxam inducere non leuem: atq; hoc morbi materiales subinde ostendunt, ut po stea dicetur. Vtriusq; itaq; intemperie tam quātitatis q̄ qualitatis, interim etiam vnitate soluta, fieri, ut corporis lædatur fabrica, intuiti perspicuum redditur. His facile patet, quid sanitatem diffiniat, quid ægritudinem: nam illius essentia constans (quæ dispositio secundum naturam dicitur, qua actiones naturales perficiuntur) quemadmodum modulo quodam concinato, temperieq; æquilibrali, ac elementorum conuenientia describitur, ita ægritudo sinistra peruersaq; mixtione constat. Hinc accipi potest, cum morbo neutrū quiddam coincidere, nec intersese dissidere. Quod ipsum Galenus libro de affect. loco, notitia voluisse videtur. Quanquam & idem libro de arte medendi triplicem ponens affectionē, neutralitatem à morbo distinguat. Cuius opinionis diuersam sententiam animaduertendo, siue neutrum tertium quoddam dixeris, aut morbum, non hic labore. Argumenta quæ posterant in hāc rem adduci, enarrare supersedemus. Hac

Omnis mutatione ab contrarijs & ex contrarijs fit in contraria,

## LIBER PRIMVS. Fo. 11.

de corpore sano dicta atq; ægroti sunt. Quòd alia ve  
ro victus ratio ægris, alia sanis conuenit, docet Hip  
pocrates, hunc in modū loquens: Vbi fauces ægrotant \*  
& tubercula in corpore oriuntur, excreciones confide  
randæ sunt: nā si biliosæ sint, corpus ægrotat, si similes  
sanis, corpus alere tutum est. Hipp. par. 2. Sen. 15. Apho.

## De Corporis temperatura. Cap. III.

**Q**ui corpus à morborum rabie tueri volet, (cu  
ius nobis potissima debet esse cura, vt animæ suo  
ministerio subseruiat) quod ex calidi & frigidi, humi  
di & siccii mixtione constat, sympathian eius dispiciat  
oportet. Nec enim potest quis victus modum præscri  
bere, nisi qualitates in corpore æquali gradu, aut in  
æquali persistere dignoscat. Hoc ignorantes pleriq; re  
licitis temperaturis, corpori victus præscriptione sape  
plus nocumenti, q̄ adminiculi conciliant. Non admo  
dum laborandum, an modum hunc temperaculum,  
sive temperiem, temperaturam, aut temperamentum,  
aliis cōplexionem, dicas: nam nominatio non est quòd  
officiat, modo res intellecta constet. Primariæ ergo  
qualitates, quæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, &  
siccitas, quadam vicissitudine æqua sibi inuicem com  
modant. Verùm de temperaturarum numero apud  
veteres diuersitas quædam nata fuit: aliis humidum  
cum calido posse locum sortiri, ac siccum cum frigido  
dicentibus: aliis contrà negantibus, & duo tantum tem  
peraturarum genera, eaq; composita, & prioribus con  
traria ponentibus. Sunt qui quatuor compositas, sim  
plices vero & parem omittentes, etiam in hoc cū priori  
secta erratica conuenientes, tamen numero ab his dissi  
dent. Tertia opinio Galenica, est nouenarium nūme  
rum

Homo ex  
discordi  
concordia  
constat.

Impròbi  
atq; teme  
rarij est me  
dici de no  
minibus cō  
tēdere, mo  
do p̄spicua  
res sit.

## DE VICTVS RATIONE

rum explen temperaturarum, instar nouem Musarū: vnam æqualem omnium absolutissimā, octo inæqua les, simplices quatuor, totidem compositas. Auicennæ ſequacum populus his octo materiales subdit, quarū Galenus non meminit. Dicit & (ut opinor) materiales, propter materiam subiectā cui inhærent. Quod si ita res habet, omnem cōtemperantiam materialē dicere possumus. Omnis namq; qualitas (de primis loquor) est in elemento, vel per ſe, vel per compositionē. Auicennam namq; ob id materiales posuisse credimus, ut medicorum videlicet elementorum (quæ ſunt quat tuor humores, ſanguis ſcil., pituita, flaua bilis, & atra) facilior fieret diſtinctio, atq; cognitio: itaq; non omni no necessario ponuntur. Imò causis prædictis omissis, prorsum ſuperfluæ & infringiferæ ſunt. Nec Galenus oculatissimus medicus quicq; in arte medica, quod hominum ſaluti conſeruandæ conducere potuifſet, omiſſit. Attamen quibus animus eſt Auicennæ audaciam.

**Arabes.** oſtia ſue Arabum temeritate erronea conditā imitari, eiusdēq; runt cū Græcis de medicinę origine contendere, placitis ſtare, hi ſuo iure quū tamē hanc à Græcis ortam neminē latuiffē arbitramur, & ab ipsis ad Arabes delatā, qui qđ de ea ſenſerunt veinam nunq; edidiffent, qđ con ſultum voluiffent generi humano. vt tantur: & ſui magiſtri vefigiis inſistentes, eius doctrina ſcil. paſti, hunc

ſi libet referant. Cæterū nos corpus hoc calidum com firmamus, quod caliditatis maiorem habet modū, aut portionem, nō quod caliditatē primi gradus habeat, ſiquidem tunc ab elemento non discreparet, cuius cō trarium multis rationibus probari poterat. Haud ali ter de corpore frigido, humido, & ſicco, dicendū eſt. De inæquali autem intemperie, vt in aqua inter cutē, ac in febribus pluribus, in propatulo eſt apud Galenū de

de eadem ad amissim tractantem: Qui etiam de tem  
peramentis tres libros compilauit. At de iis, qui nullā  
ponentes temperaturam, corpora nostra inter se se nō  
dissidere affirmabant, quod omnino absurdum est, le  
ge Galeni librum tertium de sanitate tuenda. Hæc de  
temperaturis, seu corporis compositione, per quam &  
habitudinem intelligi volo.

Huius deli  
rameti au  
torem fe  
runt Epicu  
ru: sed va  
leat ille cū  
suis atomis

## De Actatum discrimine. Cap. IIII.

**A**B eximiis medicorum principibus, Hippocrate  
videlicet, & Galeno, qui altum sustulere in hac  
professione verticem, & cæterorum deprimit exili-  
tatem, proditum est, nec ab ratione: Contraria aduer-  
sus contraria se se probè rectissimèq; habere. Nec ex mo-  
dernis tam effrenis & alienæ mentis quemq; existima-  
mus, qui huic sententia album (quod dicitur) calcu-  
lum non adiiciat. Quis enim non sentiat efferuescen-  
tem ætatem loco temporeq; frigidiorib., & intensiori  
constrictis aëris qualitate, meliusculè degere, & vitâ  
hanc viuere, q; vbi remissiori tempestate illius calori  
aëris contemperatur dissolutio. Præterea cibus natura  
suffrigidus à seniculo capillari insumptus, & in vor-  
trinâ demissus, non modicâ nec leuem ei ætati noxam  
inferet. Siquidem vel illam scintillulâ quæ residet, re-  
liqua prorsus adobruct & extinguet: vel si eo viuacita-  
tis ætas euaserit senior, multâ tamen adimet portionē  
calori: ac verendum, ne ad subitâ stragulationē meatu  
obsepto adigatur. aut hoc si euaserit malum, morti ta-  
men socias manus propior iunget. Animaduersum est  
deniq; præ cibi appetitu vehemētiori ad subitas neces-  
compulsos plerosq;. Nam morbi eis frigidi calore natu-  
rali extincto superueniunt, ac naturæ ytcung; adhuc

spī

## DE VICTVS RATIONE

Spiranti vitalem auram, internecinum bellum excitant, quod inæqualibus viribus sustinere minimè poterunt. Vnde hæc quæso: nisi quia cū præ ætatis proœctioris vespere faces suas extingui sentiat, non illis sufficit aliquam vitæ grauioris breuem admodum lucem relinquere, etiam hoc quicquid gratuito conseruari par erat, aquilonari flabro efflare contendunt, hoc est quod proverbio dicitur: Oleū camino adiicitur. Eodē pacto in cæteris ætatibus, temperaturis, viuendiq; modis est aduertere, quod perspicuè Hippocrates hac sententia adserit, dicens: Naturarum alia ad æstatē, alia ad hyemem, benè, mal'ē se habent. Iстis clarissimis luce adparet, ætatum discernicula ad victus rationem maxime cōducere. Quòd si clausis (quod dicitur) oculis: cupiditatem humanā voluptuosis illestantis irritari, imò irretiri sīnamus, & hominum vesanam voracitatem vltro protendī, iam profecto quasi furens & carcere erumpens, quacūq; via fert, ad præcipitum & incilia mortis tendit. Qui verò cum suo reputat animo, quid cuiq; conueniat ætati, quem cibi modū præscribat, hic sanè ex sententia facit. Distinguimus ergo ætatem in quatuor ordines. Quorum primū occupat Pueritia: secundum, Adolescentia: huic succedit Senecta: ac demum senium aut ætas decrepita, Silicernium merum. Pueritia ut plurimum in pubertatem usq; durat, quam veluti subiectus primum ignis promouet & facibus incendit adhuc castis, & minimè saeuientibus: hæc ephebia relicta initia adolescentiæ togæq; virilis fortitur, cui quodammodo furens calor æstrum addit stimulusq; ministrat, & sua libertate quæcūq; sunt proxima corripit, donec caliditas cum siccitate sensibili incre-

Sen. 2. par.  
3. Aphon. \*

incrementa capit, aut pari gradu incedit. Nam caloris imminutio, & subductio clancularia, senectā adesse testatur: cui quasi hyemi aduentanti ætatis maturitas suffragatur, relictā petulanti illa, & ad gratias afferentiæ ætate. In his angoribus vbi tempus transactum erit, & asperitas senilis mores illos Catonianos relinqueret cogitur, recedit in decrepitā ætatem, obliuionis poculo sopitam, sub quam frigiditas cum caliditate longè impari sorte adhuc imbelles expedire vires co[n] Natur: atq[ue] vbi luctam hanc frustrā sustinuerit, telūq[ue] imbelles sine iectu coniecerit, concidit. Qua manum tollente, & sese superatam fatente, mors omnem tumultū decernens, tenueraq[ue] necessitate tributa exigens, proximat, reumq[ue] adserit. Quæ licet naturæ ordine vim exerat suam, tamen haud quoq[ue] modo naturalis dicenda est. Quippe perspicuum est, naturā Platone & Aristotele auctoribus, niti sese semper quoad fieri potest conseruare in esse quod aiunt. Ceterum qui fiat ut humiditas, siccitas, & caliditas, morte rerum omniū lineam suis officiis subductis inducant, quum nō hoc solum agimus, neq[ue] ad huius nostri instituti proposi[t]um sit accommodū, hic in mediū relinquimus, aliubi à nobis tractata materia est, ab aliis abunde satis prescripta. Hoc tamen in hanc classem redigendam arbitror, morte videlicet (quang[ue] alia ratione nihil morisciam) esse caloris naturalis priuationem. Nam vt spiritus caloris vi depuratus vegetat, & in vita functiōe continet, sani hominis virtutes corpori moderās: ita hoc ipso igne subducto, cui quodammodo incorporatur, necesse est subsidere corpus, & interitum subire. Mediante enim tali spiraculo, animalis vis corporis

Teneret  
hoc loco non  
possit, quo  
minus reci  
te, qd mihi  
a paucis me  
bus accidit in mensa  
humaniss.  
principis no  
minis dodi  
q studiosi,  
nimirus vir  
tuti & bo  
nis literis  
nati Dñi  
mei D. Ge  
rardi cuels  
broeck Di  
ui Petri a  
pud Gada  
uū abbatis  
ornatiss.  
Aimaduer  
tite histos.

## DE VICTVS RATIONE

riam. Inter cæteros co- uiuas q̄ tūc aderāt ( nā quoquis nō minus hila riter excis pere q̄ libe raliter hic abbas trac tare solet) vnā meū accūbebat magnifi. il le & reuerē dus i S. Lu ca Doctor M A Petr⁹ oesterlick. qui ( vt sū matim rē euarrē) cū āter epulan dū à quodā audisset, ta belaboratiū mortis ge n⁹ iter cete ra esse ma xime tole rabile, quid ni, inquit, quū horū mors (Ga leno teste) oīno natu ralis existat Forte for tuna Gal. librū de tabe dicentē mortē esse naturalē olfecerat, qui esse solet in con ditionibus aliorū vel maxime nasutus. Mox ego grauiter ferens tanti viri maiestā té auctoritatēq; à tali, à tali inq; suggillatā esse, respondi: Amice, ne præcipui no stri præceptoris auctoritatis vetustate dispiciens, quisquā te verū dixisse existimet, opineturq; accipe Galeni mentē non aliām fuisse, q̄ mortē esse secundū ordinē & cursum nature. Prīmū enim nascimur infantes seu pueri, inde efficitur adolescen

carcerem moderatur & circumfert, sine cuius ministe rio vegetatiuo nulla animæ actio suis exercitiis fun gitur: at iacet veluti cadauer inutile, resolutaq; corpo ris & animæ harmonia homo moritur. Sunt præterea pleriq; ætatum differentiam secundum annorum sup putantes seriem & numerum, quod non admodum ex sententia meo iudicio faciunt, nec tutò: quū hac in par te dici queant, nescii qua quisq; caloris vi, aut frigo ris hyeme laboret: quandoquidem hæ potentia non æquè in omnibus inueniuntur æquivalere. Inuoluūt ad hæc multa, quæ difficultatem magis inducant q̄ le uent, & rei veritate reiecta ad ætatum notitiam magis impingunt q̄ intelligunt differentiā. Quam oportet omnino medicum callere, & in victu animaduertere quod hoc pacto docet Hippocrates. Senes facillimè ie iuniū sustinent, mox qui firma ætate sunt, minus adu lescentes, omnium minimè pueri, eorumq; ipsorū qui animo sunt propensiōres. Hip. Sen. 13. par. pri. Apho. Qui augmentur, plurimū caloris innati obtinent, itaq; plurimo cibo indigent, alioqui corpus absunitur. Seni bus vero parū caloris inest, & ob cā rem paucis egent fomitibus, quippe qui à multis oppressi extingūtur. Hinc etiam febres non æquè acutæ senibus accidunt, corpus enim corū frigidum est. Hip. S. 14. P. 1. Apho. Ex his duabus quidam vnam faciunt sententiam, pri ori posteriorem adscribentes, quippe hæc illius veritatem aperiendo confirmat.

tionibus aliorū vel maxime nasutus. Mox ego grauiter ferens tanti viri maiestā té auctoritatēq; à tali, à tali inq; suggillatā esse, respondi: Amice, ne præcipui no stri præceptoris auctoritatis vetustate dispiciens, quisquā te verū dixisse existimet, opineturq; accipe Galeni mentē non aliām fuisse, q̄ mortē esse secundū ordinē & cursum nature. Prīmū enim nascimur infantes seu pueri, inde efficitur adolescen

tes, mox viri, post senes, subsequtur ultimo senium: hic órdo naturæ est, cuius fastale filum mors dissecat. Quibus vero hoc non contingit, sed tetro letaliq; aliquo morbo, imo tabe, si velis, (quā tu pthysin) præuenti moriūtur: nō tamē mors dicēda erit naturalis, sed vt prius secundū naturæ ordinē. Hinc veteres dicere soliti, eā esse sequelā morborū. Cicero huic assentiens libro officiorū primo, dicit, principio generi animantū omni à natura tributū esse, vt se, vitā, corpusq; tueatur. Insuper tibi, nisi prorsum delirus ac vecors fueris, perspectū est, morbū vincentē esse causā mortis hic contra naturā, ergo mors est contra naturā. Quid ad hoc? quid expeditas? quid tergiuersaris? Nonne Philosophi omnes vel etimici meū clamāt, & tu his constanter assuerare contrariū præsumis, neq; te cœctuire ne dicā insanire perpendis? Necq; in aīm inducis, improbi immodestiq; esse, tam pertinaciter pugnare in eo qd; vinci non potest, in diuersos reipsum præcipitās errores. Nā & si tibi pro more esse solet, in his similibus frāctis (vt aiunt) telis, etiā vnguibus aut dentibus pugnare, tamē iam cede, cede inquā, nō mihi, sed Philosophis, sed Galeno, maxime tamē veritati, ne totū hunc conuiuarū chorū manifesto tuo errore conturbes; alias profusius tecū agetur. Ille arrepta patera, mero impleta me salutatione Bacchi importiebat; siccq; totā nostrā cōtentione verius q; disputationē abrūpebat, nō esse epularē sermonē dicens. Talis itaq; hui⁹ vanitatis erat finis, scilicet cōuiuatore volēte.

## De Regionibus. Cap.V.

**I**N victus ratione considerandā esse regionum qualitatem, remissionem, aut distemperantiam, nemo est quem lateat: debere videlicet vnumquemq; cognoscere, vt atatem illarum conquadret temperaturis. Nam regionū solet à solertissimis quibusuis sumi differentia, animaduertiq; nempe à qualitatū ratione potentiaq; , à corporibus illis superioribus eis radiorum influxu commaritatis: dicimus enim niualem Boreā, Scythicasq; niues, quod illic scilicet vis illa caloris immuinatur, aut feruentē calidamq; Aethiopiā, non quia eis regionibus sit qualitas illa propria, aut innata, neq; adeò ratione terræ, nam hoc modo quælibet pars terre aut regionis, frigida vel calida censeretur, at corporū cœlestiū (vt diximus) magis contiguo aut diuiduo influxu. Nec ob hoc quenq; opinari volo, in frigorib. addictis regionibus, fœuisq; Aquilonibus his incomben-tibus, neminē calido corpore agere debere aut posse.

C.ii.

Cum

## DE VICTVS RATIONE

Cum enim frigiditas remissiori moderamine placeatur, nonnunq; cursum ac modū minimè feruet cōmūnem & intendatur : hac occasione fit, quia ex corporū cœlestium impressione, & regionum (de quibus Ptolemaeus plura) aspectibus hoc procedit. Quare in victus concinnitate ac ratione, summa ope niti conuenit, ut diligentि consideratione alterius fæuitia, alterius moderamine edometur. Quod mathæsios speculationi accommodū magis est. Ceterum quum Hippocrates in suis sententiis nullam priuatim de regionum temperaculis fecerit mentionē, & Astronomicæ affine sit magis speculationi, pertranseo, ac aliis post me memo randa relinquo. Quòd si qui ampliorem de his disputationem desiderent, Hippocratis locum, quo de aëris & aquæ differentia disputat, tractatq; si libet, visitent Ptolomæi & Iulii Firmici non negligentes hac in re industriam.

### De Assuetudine. Cap. VI.

**C**onsuetudinē acquisiſtatiā naturā esse dicebāt veteres ante Galeni tēpora. **Q**um in vita humana pleraq; cōducant, aut officiant hominibus, ita tamen in consuetudinē abit, cui assueuerunt homines abs teneris, vt eis quodammodo in naturam vertantur, ea, quæ ſæpius elitauerūt: vnde & veneno legimus quosdam substitiffe, dum initio ei sumendo ſeſe armauere. Hoc si fit in periculoſo & ancipiti malo, quid non amplius in sanitati conduſſibili vietu consuetudinem adſumimus? Ergo de consuetudine, & vietus vſu, & adsuetuſfactione (quæ altera natura censetur) recta probaq; non pauca, ab eruditis prodita ſunt. Nam Hippocrates de vietus ratione libro primo, in morbis acutis hunc in modū loquitur: Qui bis die ex consuetudine cibum ſumunt, bis quoq; ptiſana

sana eis exhibenda est : qui semel duntaxat, iis primo  
 quidem die semel tantū detur, facta tamē additione.  
 Et Galenus: Quibus quis insuevit, ad ea reducendus.  
 Neq; Ouidius huius erat expers, qui assestudine nihil  
 maius affirmat. Adeoq; à teneris intuescere, multū est,  
 inquit Maro. At quid opus est multis citationibus.  
 Oculis corā cernimus, homines addurare cum consue-  
 tudine malorum ab vnguiculis imbibita in annos seni-  
 les, neq; quoquo modo abs se reiicere posse, tam in es-  
 tando & bibendo, q; etiam in gressu moderando, in lin-  
 guæ blesæ, aut balbæ offensaculo, ceterisq; vitæ functi  
 onibus agendis. Si exempla querimus, per auctorum  
 campos licet volitare, & illinc decerpere quicquid huc  
 quadrare nouerimus. Nos verò extra crepidā non co-  
 naturi, scimus nonnullos ex consuetudine prava sic  
 voratrinæ deditos, & Epicureorum porcorum similes  
 fuisse, qui tamen subito reliet voracitatis ingluie, &  
 inolito usui malo freна iniecisse probātur, & mox ad  
 vitæ periculū adductos internitioni succubuisse. Neq;  
 hoc mirum, subita mutatione noxam inducēte. Opor-  
 tet enim & sensim, & per tempora dissuēre potius, q;  
 abrumpere consuetudinis malæ funem. Atq; ex his in  
 propatulo est, oportere scilicet consuetudini semper  
 aliquid condonare, non modo in sanis, sed etiam in a-  
 gris. Nemo enim repente ad summa prouehitur, sed  
 longa die, & pedetentim ascendit. Accidit enim plæ-  
 runq; vt agris morbo calido laborantibus, medici vi-  
 num antiquum & in ætate preciosum interdixerint,  
 & quidem ex ratione: nihilominus tamē non ita ab eo  
 deterrei abduciq; debent, quin seræ cōsuetudinis ad-  
 monente tyrānide aliquid ei tribuatur, quo adusq; ius  
 suum

Qui assue-  
 tudis vult  
 habere ra-  
 tionē, sex  
 resquas vo-  
 cā p̄ter na-  
 turā cōtue-  
 ri haber, in  
 quibus hēc  
 diuersatio-  
 let. Hip. L.  
 presimor.  
 acu. vbiq;  
 ad adsueta  
 dinē recurso  
 rendū esse  
 ait.

## DE VICTVS RATIONE

sum deprecetur, ne mansuetudine clemētiaq; magis  
q; violenta austerritate incitādo sibi laqueos pareat. Arg;  
ita in similibus semel inolitis vitiis satagendum. Vta-  
mūr exemplo, si libet, similari. Hominis interior ille  
spiritus, seu anima, nimium carni familiaris, peccatis  
& vitiis obsitus, consuetudine inueterata sepultus, tam  
facilē nequit emergere ad illam viuēdi tenuitatem,  
cui assueuēre diuina opitulante gratia homines boni,  
casti, modesti, & humiles. At non tamen is deserēdus  
est, imō nec deseritur. Infunditur illi malagma quod  
dam pium ac mite, verbi scilicet diuini semen. Quod  
licet primo gradu radices non iaciāt, tamē si subinde  
id efficias, & semen verbi in illius cor mittas, accidet  
certō (nisi aurem prorsum amouerit) vt quandoq; bo-  
nam terram sortiatur, & pedetentim ad valetudinem  
proficiat. Ita si cum eiusmodi consuetudinariis agas,  
obtinebis citius morula quapiam detrahendo nonni-  
hil clanculo, q; si vehementi inclemētia adoriare ve-  
terem Cacoēthen mederi. Ex his iam liquet, consue-  
tudinem ad victus rationem tam sanorum q; ægrorū  
non negligendam. Quòd autem adyta theologiæ ex  
tempore salutarim, nulli adeò mirum videri debet, cū  
vel maximè ad medici professionem pertineat, primū  
animæ salutem desiderare, vt tantò securius possit ad  
corporis curam accedere. Adiitio autem in nostræ sen-  
tentiae confirmationem, Hippocratis Aphorismos, ex  
quibus quod dixi clarum euadet.

\* Qui assueuerunt ferre labores, etiā si inualidi sint,  
aut senes, facilius ferunt, quām qui non sunt assueti,  
quāmuis robusti & iuuenes. Hip. Sen. 42. par. 2. Apho.  
Quæ-

\*Quæcūq; longo tempore assueta sunt, etiā si deteriora sint, minus infestare solēt, q; quæ insueta: igitur ad insuera quoq; mutasse conueniet. Hip. S. 50. Par. 2. Aph.

\*Et quibus nam semel, aut bis assumendum sit, & plura ne, an pauciora, particulatim aduertendum. Tempori etiam, & ætati, & consuetudini impariendum aliquid est. Hip. Sen. 17. par. 1. Apho.

\*Vixtus omnibus febricitatibus humidus proficit, sed præcipue pueris, & his qui ita viuere consueuerunt. Hip. Sen. 16. par. 1. Apho.

### De Cibi natura. Cap. VII.

**Q**uandoquidem ab Optimo Max. Conditore crea-  
ti in hanc lucem euasimus, & hoc corpusculum  
veluti hospitem perpetuum alimus, summoperè con-  
siderandum est, quibus modis illum habeamus. Ne-  
mo enim corpus suum odio habet, sed nutrit, & fouet  
illud, vt seruat, non vt turgescat. Quid enim ciuile  
magis, quam illius rationem habere, qui in seruitutē  
missus, à nullo pendet magis atq; à suo vendicatore.  
Alendum igitur est corpus, at non quibusuis. Tantun-  
dem etiam num illi ministrandum, quantum valetu-  
dini prosperiori par atq; satis fit. In hoc enim tam mul-  
ta creauit diuina Bonitas, vt ex multis potiora feliga-  
mus. Neq; enim omnibus omnia conueniunt, aut expe-  
diunt. Quod perspicue Galenus docet, dicens: Ciborū  
quendam esse conducibilem, bonumq;, ac salutarem,  
cuius naturæ competit facilè alterari: quendam vero  
malum, ac nocuū, qui malum progignit succum: qui-  
dam expeditè, alii difficilè alterantur: sunt qui mediū  
tenent, & pari gradu incedunt. Quidam, vti indidit na-  
tura vim, paucō tempore solidū continuumq; præbēt

ali-

## DE VICTVS RATIONE

alimentū: alii cum alere inceperint, prius restitantes modico tempore, tamē digestionis summam breuiter absoluētes, agminatim quodammodo omne corpori præstant alimentū. Ille, ut Galenus vult, turbinatim ac celeriter alit: Ille cōtanter, aut vniuersim. Hæc, atq; de his, abundē Galenus libro de alimētis. Alit & potus. \* Potus & cibus paulo deterior, modo suauior sit quam qui melior, sed qui insuauior sit anteponendus est. Hip. Sen. 38. par. 2. Apho.

\* Eorum quæ vniuersim atq; celeriter alunt, secretio- nes quoq; celeriter fiunt. Hip. Sen. 18. par. 2. Apho.

\* Qui salubri corpore sunt, celeriter per euacuationes oppressi dissoluuntur, atq; etiam qui prauo cibo vtun- tur. Hip. Sen. 36. par. 2. Apho.

De tempore anni, & eius constitutione. Cap. VIII.

Hæc Gale-  
nus de tem-  
peramētis Q Vum cibus uno tempore leuiori opera atq; alio digeratur, anni stata tempora non sunt negligenda. Quæ quadripartiā solent sortiri sectionem: quo- rum quælibet pars diuersa obtinet temperacula. Ver (quod non æternum, quod non vna dies, non vna re- ducit hirundo) temperatū, atq; inde saluberrimū esse cognoscitur, non ut alii calidum & humidum, quæad- modum Attalenes Athenæi sectatores hoc assue- re contenderunt, idq; à temperato nō abludere. Huius sententiæ ferunt Theophrastum & Stoicos fuisse. At nos cum poëta adylo & incerti nominis dicimus: Vere repet picto zepheris spirātibus aēr. Aestas calida & sic- ca, vt pote cui iam totus præsideat Sol, & vires explicet suas. Nam & hic spiritum vitalem tanto magis auget quanto vicinior & propior calorem ministrat. Solem etiam cœli Cor & Dominū esse, nulli dubium, in quo-

omnes cœlestiū virtutes congregari in vnum atq; col  
ligi voluit Proculus. habet poëta, Tempore Solis ager  
messes fert pinguis opimas. Autumnus (quo redolet  
vindemia fœtu) infidam possidens temperiem, siccus di-  
citur, iam calidus, iam frigidus, maximè inæqualis tem-  
peraturę, licet in carmine incerti autoris sic inueniam:  
Temperies Autumne fluit tua nectare dulci. Hic velu-  
ti exoneratus suo calore Sol, ad declivium tramitem  
properat, suas sensim vires subducens. Hyems postre-  
mo Saturnia, frigida & humida, tristiq; obducta sene-  
cta: quod & comātes syluæ testantur, dum foliorum  
viror, honorq; suas dotes negligunt, proiiciuntq;. Vn  
de pulchrè inquit Adylus: Fronde nemus malè nudat  
hyems. Dominatur sanguini Ver. Aestas bilem auger.  
Autumnus atræbili seruit. Hyems deniq; pituitæ exu-  
perantiam procurat. Præterea partium anni quælibet  
in tres partes diuiditur, in tres vide licet Menses, ex  
quibus constituitur: quorum medius naturam potissi  
mū partis cuius est, obseruare videtur: quippe primus  
naturam vltimi partis præcedentis, tertius verò primi  
partis subsequentis vtp larimū obtinet. vt exempli cau-  
sa: Primus mensis veris, qui ver primū dicitur, naturā  
vltimi hyemis: vltimus verò, ver tertii scilicet, dispo-  
sitionē primi æstatis vteunq; habere videtur. At istud  
vulgarium medicorū fugit intellectum. Horum verò  
considerationē in moderanda dieta tam sanorū quam  
agrорū, sanè non omittere diligentis examinatiq; est  
medici. Temporū verò anni tempestiuitatē, & naturæ  
habilitatem in exhibendo vietu intueri oportere, ex  
prædictis sufficienter colligi potest.  
\*Ventre hyeme & vere natura calidissimi sunt, & som-

Hoc inten-  
dūt Astro-  
logi quā di-  
cū Signo-  
rū qdā esse  
mobilia q-  
dā fixa, &  
qdā com-  
munia.

## DE VICTVS RATIONE

ni longissimi: itaq; per ea tempora cibi dari copiosius debent. Caloris em̄ natuui copia magna ineſt, vt cibus proinde plenior requiratur. Argumēto ſunt ætates & athletæ. Sen. 15. par. 1. Aph. \*Cibos æ state & autumno difficultimè ferunt, hyeme facill. mox vere. S. 18. P. 1.

De quantitate Cibi adhibendi, & pri-  
mo de Fame. Cap. IX.

**Q**uantitas cibi abhibendi, quæ modum mensurāq;  
ſeruare docet (nam nimetas omnis, atq; tenui-  
tas in vitio ſunt) in tribus constituta, regulam facit  
in fame, tenuitate & ſatietae. Quorum discriminum  
ſceptrum tenere, ac moderamē ad plenū intelligere,  
non popularis eſt artis aut negotii. Quum etiam in-  
ter prudentiſſimos de hac re nō parua ſit diſceptatio.  
Quam ob rem nonulli cum nunquām ad viſtusratio-  
nis perfeſtam, ſolidamq; intelligentiā deuenire queāt,  
imo nec conētur, omnia auaricia metientes, medicinā  
tamen traſtare audent: quorum temeritate agitur, vt  
pleriq; qui ſanitatem lucrari cupiebāt, illorum opera  
ſcilicet inttritum strangulationemq; lucrifecerint, bel-  
la ſanè commutatione. Huius ſcelestiſſimæ ſectæ te-

In Notum principem Note nemo non nouit, cuius oculos indo-  
mita cupiditas præſtrinxit: mentem verò infatiabilē,  
ſemperq; famelicam auri ſacra fames cōſtanter fouet.  
Proindeq; nunquām nō tuis loculis, marsupiis, ærariis,  
confilio ades: auxilio ne muſcæ quidem: & interim ta-  
mē venefice, ſceleroſe, impie, crudelijſſime equaliū ci-  
uiū carnifex te medicū dici gloriaris. Quid? an ignorā-  
dū eſt, viſtus rationis dextrā abſolutāq; obſeruationē,  
præſcriptionēq; etiā in medēdi modo vel omniū docto-  
rū, tam veterū, q; modernorū iudicio, principatū obti-  
nere

herc, qui hæc quæ dicta sunt, ne incauti in homicidiū  
nos præcipitaremus, q̄ diligentissimè animaduertere  
iubent: & tu illa insuper habens & ceu iciuna ac à me-  
dicandi ratione aliena præteriens, ægros tuos confidē-  
tissimè iugulas, tantum auaritię inhians. Nam præter  
merum quæstum, quem ab adolescētia tibi instituisti,  
aut potius prædam, profecto delectat te nihil. Etenim

Sola placent quæ lucra ferūt, sint cætera quanquam  
Laudibus & præcibus dignissima, cætera fordent.

Omnē planè salutē in pecunia ponis, nō reputans quē  
rāndem fructum referes. Certè Harpyiarum opus est,  
non hominis, quibus te natum quis dubitat? earundēq;  
lacte continuo ali vel hoc abundē testatur, quòd in  
extorquenda pecunia conditionem hominum fortui-  
tam nihil facis: sed tam illorum quos fæua pauperies  
domat, sanguine vesceris atro, q̄ locupletum. Respice  
iam Note, respice inquā, atq; resipisce, & effrictis stro-  
phadum cancellis, qui te circunde derunt, exilire pro-  
pera: Fuge crudeles terras, fuge littus auarum, & te in-  
sanire facile depræhendes. Alioqui nulli dubium, quin  
breui Nemesis longè grauiori in te suppicio, quām  
vnquam in Tantulum fecerit, animaduertet. Miserū  
igitur popellum, imò miseram naturam, miserā certè  
quæ tibi credita est, hisce tam immanibus flagitiis se-  
ducere desine. An quenquā tam amentē existimas, qui  
nesciat te nullo malo, victus ratione neglecta, aut in-  
cognita, dextrè mederi posse? Quid igitur insanis ne-  
farie? Quid furis demens? Quo ruis? Quo te præci-  
pitatis insignis improbitatis temerarie? Qui cæteros  
medicos sic despicias, vt ausus fueris apud principem  
quendā ægrum, tibi, tuæq; arti scilicet miserè fidentē,

## DE VICTVS RATIONE

insolentissimo boatu blatterare, neminem extare, qui  
morbos tuo medendi modo rebelles, medicamentis  
propulsare queat. Hem gloriosissime Note, quid tibi  
medendi rationem adscribis? <sup>rrādū</sup> potius ~~decojōv.~~, & viam  
rectam cōplete, sæuum atq; crudele hoc deliramen  
tum neglige, incredibilem tuam auariciam tam pollu  
tam, vrpote pestiferis figmentis, flagitiosissima nequi  
tia, nefandis sceleribus, ac prædis, (parum abest ne di  
cam, furto) fermentatam conditāq; despice, atq; adeò  
derelique. Nam et si tuus Genius tyrānico inueteratē  
consuetudinis violento imperio obtemperans, ac in di  
uersum moliens, huic nostro consilio refragetur, neq;  
te vel volentem resipiscere patiatur, saltem nobiscum  
exclama: Dii hanc auertite pestem. Cogita præterea,  
nihil tam integrum, nihil tam sanctum, nihil tam so  
lenne, quod non violare soleat Auaricia: qua tu & vul  
tus tui impudentia, orationis audacia, mentis iniqui  
tate, etiam inuita natura, quæ æqualem feruare iubet,  
multos perdis. Sed de his iam fatis, et si plura habeam,  
quæ verè de hoc Noto, cui longā vitam precor, me  
morare possum, quæ ex monumentis suis post mortē  
facilè apparebunt, tū sciet, quid opes cum fraude par  
tæ iuuare poterunt. Fateor profectò me hic vehemen  
tiam scribendo ostendisse, at nō tantam, quantam res  
ipsa requirebat, vt facilè & sacræ, & profanæ docent li  
teræ, quæ nullum vitium adeò detestantur atq; auari  
ciam: quippe quicquid facinoris vñquam ausi fuerūt  
patrare, aut adhuc patrant homines, Auariciæ persua  
su eos hoc patrare in confessu est. Iam ad institutum.  
Considerandū itaq; multorum naturam cum sit tene  
ra, ac delicata, fame prostratam. Aliorum porrò eadē  
cæu

Cumulādis  
opibus ne  
mo melior  
nemo iusti  
or fieri po  
test. Hæc la  
dan, firmi.

Auaricia  
oim vitio  
rū austrix  
ac inuētrix  
est; nō sine

## LIBER PRIMVS. Fo. 19.

tæcūtientia Medicorum haud Medicorum naturæ  
 imbecillitas, præ tenuitate parcitatemq; suffocata, euia-  
 nescensq; redditæ est. At aliorum qui sine delectu om-  
 nia deuorant, praua medicorū indulgentia hoc ipsum  
 concedente, oppressa est ignis vitalis scintillula resi-  
 dia. Quàm in hac re præpostero sint iudicio etiam-  
 num moderni medicinatores (de iis sermo est, qui vix  
 primis (quod aiunt) labris gustarunt medicinā, quorū  
 apud populū acceptior est temeritas) in professo est:  
 qui nihil ducunt, naturarum habere discrimen: qui  
 quanto audacius peccant, tanto sceleratus eis credi-  
 tur. Et nescio vtrum plus dispendii ex eis rei pub. pro-  
 ueniat, an ex infirmorū credulitate leui, stultitiae. Nisi  
 enim aures talibus accōmodarentur, non haberet eo-  
 rum inficitia locum. Sed quid non persuadet populari  
 faci stulta & vecors quorūdam præsumptio, quorum  
 hallucinationem & eluscatos oculos nemo non cernit  
 oculatior. Hippocrates namq; peccata ex talium teme  
 ritate peruersa q; obseruatione tam erga sanos quàm  
 ægros commissa, vti post ostendemus, declarat. Vt au-  
 tem aliquem famis aut inediæ finē constituamus, aut  
 modum, sciendum planè famam multis, aut vt pluri-  
 mum quatuor accipi modis. Primo pro vehementi ci-  
 bi appetentia, quæ corpus lurido macore extenuans,  
 multam officientiam inuehit, ipsumq; in summum  
 discrimen adducens extenuat, & virium facultatē ex-  
 oluit, dissipatq;. Alio modo sumitur pro cibi inopia,  
 hæc inquam quæ etiamnum quandoq; sine indigentia  
 accidit, ex medici præscripto ac imperio conciliatur.  
 Tertio sumitur fames pro constanti perpetuaq; & irre-  
 quieta ciborum appetentia. Qui hoc famis malo tor-  
 quen

maiestatis  
 diuinę in-  
 iuria.

Quid ad  
 hæc note,

## DE VICTVS RATIONE

quentur (vt est Galeni lib. de ~~syntoma~~) maxime intemperatura suffrigidiore, aut propter acidos quosdā succos in stomacho, seu ventriculi ore residentes (quæ huius esuritionis causa est) infestantur. Huic Hipp. vini potionē, at nō cuiusuis, mederi docet. Non hic Plinii remediū præteribo, quo famem sedare suadet. Quædā (inquit) exiguo gustu famem ac sitim sedant, conservantq; vires, vt butyrum, vt hippace, glycyrrhizon, & deinde præclarissimam sententiam subne&tit. Perniciosissimum autem in omni vita quidem ~~præ~~ <sup>præ</sup>ci-puè tamen corpori. Nota sunt literatoribus adagia Fames canina, aut Saguntina inedia, ad Erasmi viri eruditissimi cōvolent Centurias, inibi reporaturi intellectui suffragātia. Potest etiam capi fames pro medicina exiccatiua, siue ex accidenti, siue ex se, seu proprie.

Marf. de vita fana. bet in hoc album Marsili Ficini documentū immittere. Bis (inquit) cibus quotidie sumendus est, & modicus atq; leuis, cinnamomo, mace, nuce muscata, moderate conditus: semper tamē pondere alimenta mollia potumq; exuperet, nisi forte bilis siccitatē admodū timeamus. Famem (si cōmode fieri potest) cibus: sitim potus expectet. Auiditas viriusq; supersit mensē. Fastidium & saturitas procul absint. Concinit his etiā Hipp.

\* Non satietas, non fames, non aliud quicquām bonum est, quod naturam excedit. Sen. 4. par. 2. Apho.

Omne enim nimium inimicum naturæ.

\* Vbi fames est, laborandū nō est. Sen. 16. par. 2. Apho.

\* Famem vini potio soluit. Sen. 21. par. 2. Apho.

\* Corporibus humidis fames adferenda est, fames em̄ reddit corpora sicciora. Sen. 58. par. 7. Apho.

De Tenuitate. Caput. X.

Tc

TEnuem vi<sup>t</sup>us modulum offerendo, multi haud parum aberrarunt. Existimāt enim exinanitione posse imō debere exigi morbum quēcunq; repletione accersiri. Quod licet pro aliqua ratione verum sit, non tamen oportet sic odiſſe cibum, aut eius modum, vt in grauius periculū infirmos adducamus: vt enim nimia repletio obest, ita & exinanitio, aut nimium tenuis ratio vi<sup>t</sup>us data, periculosa. At nūc nullo discrime aut exhauriunt homines inedia, aut plus q̄ oportet temerario quodam ausu, inconsiderateq; alimenta obtrudūt verius quām exhibeāt, nō animaduertentes, imō ferē damnantes, quicquid Hipp. aut Galenus summi in medicina principes, libro de ratione vi<sup>t</sup>us de hac re præceperint. Est tamen quidam alimentorum demēsus simpliciter tenuis, qui scilicet ex cibo pauco multum nutriente, aut ex copiosiore parum alente, dignoscitur, & sumitur, vt supra attigimus. Hic oportet discerniculum haberī, ne alicubi offendamus, in ciborum æquali mensura peccātes. Alia est vi<sup>t</sup>us dietatim sumpti mensura, at extremē tenuitatis. Hæc autem censetur, quum ad diem vſq; iudicii protenditur, aut omnem cibum subducēdo, aut mulsum, seu simile quidpiam offerendo. Hip.

\* Tennis, exquisitaq; vi<sup>t</sup>us ratio in affectibus tū diurnis omnibus, tum etiam acutis, quibus non cōpetit, grauis molestaq; est. Itemq; vi<sup>t</sup>us qui in extremum tenuitatis deducitur, grauis est: nam facetas in extremum acta, molesta est. Sen. 4. par. 1. Apho.

\* In tenui vi<sup>t</sup>us ratione ægri peccant, quo fit, vt maiore afficiantur detrimēto: quicquid enim cōmittitur grauius obuenit quām in aliquantulū pleniore. Hinc

Vt cib⁹ ple  
nus auger,  
modic⁹ ser  
uat: ita ter  
nis exo  
luit.

igi-

## DE VICTVS RATIONE

igitur & sanis tuta non est illa ad modum tenuis, & diligens victus ratio, ob eam rem quod difficilius error rem qui committitur, ferunt. Ita sit, ut tenuis & diligens victus ratio, periculosior magna ex parte sit, eo, qui paulo plenior præcipiatur. Sen. 5. par. 1. Apho.

De Sacietate. Cap. XI.

Gal. libro  
qui inscri-  
bitur ad bo-  
nas artes  
adhortatio-

**D**E Sacietate dicturus, patrone omnibus modis obseruande, humanam insolentiam mirari ne, an despucere debeam, non satis mihi constat. Nam quum sint homines ad dei similitudinem creati, ex animo & corpore substantes, ac animi imperio, corporis seruitio magis ut debeat: contrà in diuersum euntes, hunc ordinem penitus anihilant, & perturbant. Quis enim animi dotes non habet cognitas? Contrà, cui corporis incommodantia mala non sunt perspecta? Et ex his duobus iudicium colligere est, quid potissimum sequendum, quid cum Porphirio fugiendum est. At iam quem non maria tentantur? quid peregrini gustus non inueniuntur? quo faburra ventris sacietate tumentis conficiuntur. Totos ponit apres hospes gulæ ventriq; deditus, animal scilicet ad conuiuia natum. Verum Pythagoreorum oliscula quanto suauiora Ianenis bestiarum, è quibus hesternam crapulam ruetare solent homines ventriosi. An parum multa creauit bonitas diuina, cum terram tam diuersis herbulis, arbores fætutram delicato ac virgineo gusto, arua tot segetum cumeris onustavit? At ultra limites palatum delicatum conatur comedimenti, salfamenti, adulterinoq; gusto ventre irritata gula implere, satagens, paulo post esca vermis futurum. Nonne praestabat seruum hoc corpus sub seuero exactore cohibere, & brutos motus & lasciuientem, petu-

Petulantia disciplina seueriore cōstringere, ut tanto magis consentiat animi imperio? Omnes diu viuere & lucem hanc corruptibilem videre gestimus, laudamus senium, & veterani canos honoramus: felices iudicamus res publicas, ybi senum prudētia effervescentem adolescentiam aut moderatur, aut consilio regit. Cur igitur in tempore non praeuidemus, ne facietate perpetua corpus degrauantes, inutile reddamus consiliis sanis, sed magis delirationi & stultitiae accommodatum? Vnde nō semper cani prudentes, sed sensus hominis caniciem probam testantur. Moses ille nomotheta, dum iussione Domini mortem oppetere debebat, sensus omnes collectos ac in sua statione vigilates habuit: non dentes moti, nō cæcutierunt oculi, non heteratus est auditus, non rugis exarata frons, non de niq; laruata facies senectutem deformauit. Quur ita: Esuriem parcior cibus: sitim breuior potus excipiebat. Quid Cato ille seuerus? Nonne octaginta annos natus, dixit, nunquam sibi graue fuisse senectam? Fuerunt hi castigato ventre, & sub mensuram coegerunt effrenem voluntatem quę plus quam necesse est exigit, & irritatis oculis, qui nō satiantur, visu plus concupiscit semper q̄ necessitas postulat. Duplo igitur damno se perimunt homines, dum & viræ terminum ventre obtuso & turgido distentoq; potu & cibo, sibi ante diē accersunt: & cū animæ periculo nihil unquam in vita egregium moliuntur. Notum est illud sacri Hieronymi, ventrem pinguem & obesum non gignere sensem tenuem. Quid prodest aruinam putrem caducis & mortuariis rebus souere? quid exudanti crapula semper aestuare? & tanto longiores effici à summo Bono

recernim⁹  
solis volup  
tatibus in  
seruientes:  
nimirū ve  
cordes ad  
quiduis ali⁹  
ud inutiles  
redditos.

## DE VICTVS RATIONE

quanto magis in istis inferioribus delectamur. Quare de Sacietate vitanda nihil admodum est quod dicam, nisi quemadmodum tenuitatem lādere, sic hanc occidere: quam qui euitabit, vigilans senium, imò ne senium quidem, sed planè virilem animum reportabit. Nihil enim sic stomacho ne dicam corpori aduersum, nihil ipsum ita eneruāt, & spiritus nobiliores obruit, atq; vltra mensuram ingestus cibus, aut potus. Nonne homines accepimus ante diluuium longuos fuisse, & potus, somni, Venus, oia moderata. Quē chiliastes? Profectō ad tempe sermonē nō solū Athlete, verū & ḥ q̄ aim ramentum erant accōmodi, so sordidū, neglectū, & incuratū habētes, soli corpori studēt, veluti Corrybantū furore brietatis amantiores, in diem correpti, contemnunt.

Hip. ait La bores, cibi, potus, somni, Venus, oia moderata. Quē chiliastes? Profectō ad tempe sermonē nō solū Athlete, verū & ḥ q̄ aim ramentum erant accōmodi, so sordidū, neglectū, & incuratū habētes, soli corpori studēt, veluti Corrybantū furore brietatis amantiores, in diem correpti, contemnunt. viuebant, non admodum solli citi de cocorum industria: nō Apicios, & gulae instru ctōres requirebant, solis quas thorū agrestis proger minabat viet itantes herbulis, & pomis, præstantiorē vitæ finem & exitum protelabāt. At nobis nihil satis est. O tempora. O mores. Et eousq; proteruitas hominum quandoq; processit, vt in prandia & cœnas leges ferre oportuerit, ne vltra statam æstimationem con uiuia onerarentur potius q̄ ornarentur. Quantum au tem nocuerit quotidiana ingurgitatio, ac liguritio, satis indicant repentina neces, & ante demensum si lum sollicitatæ Parcarum telæ: quum, qui vitæ lon giori erant destinati, intemperantia & temulentia re sis interro pentē perierunt. Non opus exēplis, quisquis sese tueri

Anacharēsis interro gatus à quodā, q̄uo abstemius esset, respōdit, volet, auscultet, & aurē arri si ebriosorū motus sibi ante oculos poneret, Hic, quāuis Scytha, lingua, vētre, & pudēdis abstinentiū esse dixit. Quod medicis p̄cipue p̄ceptū volo, qui nunq; ventri, aut pudendis seruire debent, sed vt semper sese prudentes præsent laborare.

gat his nostris, atq; efficiat cum Cicerone, vt appeten tia rationi obedient. Platonicus enim, imò Plotinicu (nam

## LIBER PRIMVS. Fo. 22

(nam vtrūq; latinitate donauit Ficinus noster) in hūc modum loquitur: Si feruet (inquit) aēr, epularum humor calorē superet: si friget, calor humorē. Vt robiq; verò modicus sit excessus. Hæc de facietate dicta sunt, ad victus rationē ægrorū tantū calamus reducēdus.

\* Si quis à morbo cibum assumens non corroboratur, plus cibi quām satis sit, assumi significatur. At verò si non assumenti ita euenit, euacuatione opus esse sciendum est. Hip.Sen. 8.par.2.Apho.

\* Corpora impura quō magis nutris, eō magis offendis. Hip.Sen. 10.par.2. Apho.

\* Potu q̄ cibo expleri facilius est. Hip.S. 11.par.2. Aph.

\* Vbi plus cibi præter naturā ingestū est, morbū id facit. pater hoc ex ipsa curādi ratiōe. Hip.S. 17.p.2. Aph.

Theoricarum Medicinæ libri primi pars secunda,  
de victus ratione ægrorum tantum habet:

Cuius caput primum decet, quæ medicus  
in hac re intueri debet. Cap. I.

**H**actenus de victus ratione in communi dis fertum est, qui modus adhiberi debeat, quæ cautio obseruanda. Atq; sunt quædam fundamenta (vt ita dicam) salutis iacta. Atq; vt apes suam propolim & arcendis animalculis portam quodā acri succo obducunt, ne furto pateant, aut carū opera frustrentur: itidem & nos fecimus, vt tanto minus corpora ægritudini pateant, quāto his munita præsidiis fortius constiterint. Et hoc adeo verum esse conuincitur: Dimidium facti, qui bene cœpit, habet. Sicut ergo in demenso administrādo amissis præscripta est arbitranda, & iuxta eam agendum, ita in his quæ se-

## DE VICTVS RATIONE

quintur, exacuenda est ingenii cuspis. Ut enim in rebus præclaris proficiendo, quisq; semet ipse vincere solet: ita lacescentes subsistere, magno probro dicitur. Ne igitur oleum & impensam in prioribus perdamus, secundam ~~παντας~~ instruimus, vt arcu excusso residuus sit nobis etiam gladius, quo cum cominus etiam con gredi possimus. Quæ verò in priuato ægrorum victu aduerti solent, hæc sunt: Interim tamen priora non Locus morbi: Vis ac species morbi: (negligenda. Tempus morbi : Apetitio : Facultas & natura ægrotantis : Forma adhibendi.

De morbi loco copiosius tractabimus libro sequenti, in quo demonstrabimus ægritudinū quasdam esse, quæ totum captiuant corpus: quasdam verò quæ alicui tantum parti insidiantur, noxamq; intentant. Horum exa minatio postea fieri perspicacior.

### De morbi Speciebus. Cap.II.

**N**E MO nescit, morborum diuersitatem aliam atq; aliam victus rationē desiderare, de quorum spe ciebus exquisitius enodatiusq; acturi sumus, ea parte qua de loco disputabitur, in qua cuiusuis ferè morbi vim cognitorē perspicacioremq; significabimus: vir tutem & nocumentum indagatius ostendemus. Nunc verò quod præ manibus est, dixisse sufficiat, morborum quendam esse acutum, qui aut leuiter auertitur, aut ægrum mox iugulat: alium pacutum, qui auerun cari similiter nequit, & crassatur pestilentius. Hi & ve hementes dicuntur, quorum perpauci sine febre infe stant. Alii sunt continui, perpetuiq; ac longi. Morbi acuti sunt: Costalis, pulmonia, insania, obliuarius,

Ardor,

Ardor, & si qui sint ciuiusmodi. Ratione quorū ægri na-  
 tura admodū ac protinus debilitatur, languetq; tum  
 propter eorum intensionem vehementem, tum quia  
 corpori familiarius ac diutius quam sustinere queat,  
 non longorum morborū more tamc; inhærent, infe-  
 stantq; acrius. Horum (qui & longè post quartū diem  
 iudicantur) natura duplex habetur: aut enim accidunt  
 calidis succis, nullam occupantibus certam sedem, sed  
 & omnibus animantis partibus inhærentibus, vt sunt  
 febres continuæ, cum quibus Claudius luctabatur Cæ-  
 sar per omnem vitam, teste Seneca: aut fiunt loco ali  
 quo certo paciente, vt præmonstratum est. Peracutus  
 dicitur, is qui statim in summo vigore cōsistit, primis  
 videlicet quatuor diebus, vel paulò vltierius, si decer-  
 natur, idq; statim significatur, vt Angina, Bilaris, ner-  
 uorum distentio. Morbi vero longi ob lento, crassos,  
 frigidosq; incidunt liquores, aut propter humores con-  
 coctioni rebelles, & viscositate sua viciatis corporibus  
 inhærentes. Obluctantur autem succi coctioni, vt cla-  
 rius intelligatur, propter naturæ imbecillitatē, quan-  
 doquidem ob superfluam eorundem quantitatem, aut  
 spuriam diramq; qualitatem naturæ inimicam confi-  
 ci illo naturali igne nequeunt, qui non satis sufficiens  
 tantæ moli esse queat, sed magis adobruit. Exemplo le-  
 beris grandioris, cui si imbecillum igniculū subiicias,  
 frustra egeris, cupiens calfieri alicuius modi superinfu-  
 sum liquorem. Itaq; fit, vt hi morbi ægrum longo tem-  
 poris de meaculo cruciantes, diutini seu longi dicātur,  
 ex quorū numero sunt febris quartana, Posce gallicæ,  
 aqua inter cutem, Tabes, & similes. Horum meminit  
 Hali haben rodan,

Tenu

## DE VICTVS RATIONE

- \* Tenuis exquisitaq; victus ratio,&c. vt prius ca. 10.
- \* Summis morbis summa diligentissimè remedia adhibenda sunt. Hip.Sen.6.par.1.Apho.
- \* Vbi morbus peracutus est & labores summi fatigat, & tenuissimo victu vti necesse est. At vbi non ita est, sed plenius agere licet, tantum indulgendum est cibo quāto morbus ipse sūmo sit leuior. Hip.S.7.par.1.Aph De tempore morbi. Cap.III.

**M**Orbi tempora (quæ non dierum numero definiuntur) victitandi modum diuersum requirunt. Quorum quædam vniuersalia, quædam particularia sunt. Horum itaq; cognitiones ad victus rationē summè conducunt, nec minus ad morborum curam, vt postea patebit. Verum præterea vnumquenq; morbū (de eo qui auerti possit loquimur) quatuor occupare tempora, cum vniuersalia tum particularia, principium scientie, augmentū, statum seu vigorem, & inclinationē, omnibus rei medicæ candidatis perspicuū est, ac eum qui mederi exoptat hæc callere debere. Verum tamen illorū distinctiones ac durationes in morbis exquisitè exacte q; cognosci qui poterunt? nam quidā nullo tempore apparēt, alii verò sine principio & augmento, vt est cernere in attonitione, & similibus: alii namq; sine statu. Ob has discrepantias & causas diuersas, magna apud veteres sexagenarios (q; de ponte minime deiiciendi sunt, nouitiis camœnis emicātibus) disceptatio ac difficultas, nec minus apud huius nostri sæculi medicos existit: quippe horum assequi veram notitiam ger manamq;, difficile est admodum. Nec enim omnibus omnia nosce contingit, & in plerisq; diuinant magis quam diffiniunt. Illud verò pro nostro ingeniolo co-

mo

monuisse sufficiat, quosdā morbos cura discuti, sedulaq; medici opera: atq; in eis omnibus quatuor temporum vices ac reuolutiones intelligere oportet, siue sensibiliter, siue insensibiliter. Tum morborū spesies temporibus conquadrant ut plerumq; ac respondent, in eo videlicet quod morborū tempora longiori mora producuntur in diuturnioribus, aut perpetuis magis quam acutioribus & gritudinibus. Alii verò morbi quidā in augmento, aut statu, & grum ad abolitionē & extremā necessitatem adigētes, non quatuor temporibus, vt est in propatulo, declarantur. Cæterum vt de morborum temporibus magna apud medicos (vt prædiximus) est disceptatio, ita illorum diligens inquisitio maior est, quam huius libelli forma excipi queat. Itaq; iam de his satis, donec opus nostrum de morbis curandis, in quo longè lateq; de his tractabitur, emiserimus. Non enim iam in integrum volumen cogimus omnia, sed veluti per transennam commonstramus, & quodammodo mercuriales statiunculas constituimus, vt sagaciori lectori facilior copia sit, vt in quam volet viam pergere gressum ponat: & malumus hic <sup>exemplum</sup> videri q; auctores. Hac igitur de re paucis enarratis potius quam expositis, curiosam vestram inquisitionē non morantes, ac fusiorē enodationē exigentes, ad Galeni libros aperiens de his agentes, medicinę affectatores remittimus.

\* In accessionibus abstinentendum est: adsumere enim cibum nocium est: & quibus per circuitum veniunt accessiones, his in ea ipsa accessione abstinentendum est.  
Hip. Sen. 11. par. 1. Apho.

\* Accessiones verò conditionesq; indicant morbi & anni tempora, nec non successiva circuituum incremēta, siue

Exeuntiae  
corpore tē  
portū mor-  
borum di-  
uersitates  
docent.

## DE VICTVS RATIONE

siue quoddam, siue uno interposito dic, siue per valla  
ampliora eueniant: nec non ex his quae superueniunt,  
iudicium accipi potest. Verbi gratia, in morbo costali  
si seccatio purulenta inter initia extitit, ægritudinem  
cōtrahit: sin postea puruit, extendit. Quin etiā vrina,  
aluus, sudor, morbos aut difficile aut facile aut nullo  
pačto iudicari posse, aut longos, aut breues fore signi-  
ficant. Hip. Sen. 12. par. 1. Apho.

Iudicatio  
est cito pa-  
rataq; ad  
sanitatē vī  
interitum  
mutatio.  
Et est alia  
pfecta, alia  
imperfecta.

Dies vel  
Nox.

- \* Qui per circuitus accessionum exacutetur, his nihil  
est dandū, nec assumere quicq; cogendū, sed additioni  
subtrahendū est ante iudicationem. Hip. S. 19. par. 1.
- \* Quae iudicantur, aut iudicata sunt, integræ non mo-  
ueret neq; nouare vel medicamentis vel aliis incitamē-  
tis, sed sinere debes. Hip. Sen. 20. par. 1. Apho.
- \* Quibus iudicatio instat, his nox difficilis est quæ ac-  
cessionem præcedit, subsequens autem nox magna ex  
parte facilior accidere solet. Hip. Sen. 13. par. 2. Apho.
- \* Cum morbus consistit suo vigore, tunc tenuissimo  
victu uti necesse est. Hip. Sen. 8. par. 1. Apho.

## De Appetitione. Cap. IIII.

**L**icit in præcedentibus cibi naturam ac vim dixe-  
rimus, ac in illius promptuarium potum conclu-  
serimus, quæ duo verius alimentum dixeris: tamē hoc  
iam admonitos esse volumus salutis hominū inqui-  
tores, ne post acceptū corporis aliquod robur, in plus  
sumendo quam par est ægros inducere animū faciant.  
Nam quum sanitate aspirante & in pristinum vigo-  
rem asurgente homine à morbo, alimentū plus iusto  
ingeritur, sane in id ipsum quod euasit incidere solet:  
quod ex lœsione & labore molestiaq; percipitur. Probi  
prudentisq; medici erit officium, sequenti die dietariū  
illi

illi imminuere demensum, & fraudare illius genium iuxta rationis æquilibrium. Quod si nihil detrimenti ex cibi sumptione corpori inferatur, & modum victus augendum esse dispexerit, iuxta quod scientia & ratio insinuabit, non est timendum facere ut ægrotus habitor reddatur, & pristinæ viuendi formæ restituatur. Eodem pacto tertio, & quarro die faciundū existimato. Neq; enim drepente isthuc possis cernere. Nec modo quantitas, sed & cibi qualitas pro corporisculi reparatio ne concernenda est, & diligentem temperamentum existimanda; vtrumq; enim corporis exhausti temperaturæ respondere debet. Victus ergo ratio conualecentium ægrorum & sanorum, debet esse media: Imò omnium victus ratio media constituenda est. Hi namq; qui ægroti fuere, aut reualescere incipiunt, ut curare debet ne malum nutriant, ita sanos oportet sibi media statuere, ne à bono sanitatis quod habent recidant. Nihil enim proficit incolumem manere, & benè sano ac succulento corpore stare, nisi sit & modus huius incolumentis custos perpetuus & admonitor. Demum ut consueta relinquere durū, ita oportet consuetudinis illius disquirere rationem, ne forte præstet immutare quam relinquere. Quis enim eam consuetudinem adprobet, imò non reprobet magis, quæ saturo semper ventre iubeat esse, & in modum ~~χοιρῶν~~ succidiam aruinæ putrefactis alere. Si tamen erit victitandi probus modus citra descriptionē aliquod te huic adseruato. Medicinæ enim est pars, iuxta scientiā viuere, nō iuxta sinistrum appetitum. Debet enim, ut semel finiam, appetitio in cibi qualitate & quantitate proba & media esse constituta. ut de stomacho alibi ostendetur.

## DE VICTVS RATIONE

- \* Si quis a morbo cibū adsumēs nō corroboratur, plus cibi q̄ satis sit adsumi significatur. Si verò nō adsumēti ita euenit, euacuatione opus esse sciendū est. S. 7. P. 2.
- \* Si cui ab ægrotatione bene adsumēti cibum corpus nihil proficit, signū est vitiosum. Sen. 31. par. 2. Aph.
- \* Omnes ferè qui sese male habent principio bene adsumētes cibum, nec quicq̄ proficiētes, in fine inediā exiguunt. At verò qui principio vehemēter inediā exigūt, postea bene absumūt, ii melius euadunt. Sen. 32. Par. 2.
- \* In quo quis morbo mēte constare, & cibum appetere, bono est: contrariū verò virtio datur. Sen. 33. par. 2. Aph.
- \* In morbo diutino inedia & deiectiōes syncere, malo sunt. Hip. Sen. 6. par. 7. Apho.

De facultate seu natura ægrotantis. Cap. V.

- \* **E**stimandū etiam, colligendūq; est, an æger posset eo victu quem præceperis, obdurare ad consistēdi vigorē vsq; ægrotationis, & ille ne potius deficiat, nec durare possit ea ipsa viētus ratiōe, an morbus ante deficiat atq; hebetescat. Hip. Sen. 9. par. 1. Apho.
- \* Quibus igitur consistentia iuxta est, his tenuis viētus iuxta præcipiendus est. Quibus igitur consistendi vi-  
gor postea futurus est, his in eo ipso vigore & paulò an-  
te subtrahendū est. Tempore verò superiore vberius  
agendum ut æger sufficiat. Hip. Sen. 10. par. 1. Apho.

De modo seu forma adhibendi. Cap. VI.

- Huic idem
- Hip. sub-  
scribit lib.  
de medici-  
na prisca.<sup>7</sup>
- \* **E**t quibus nam semel aut bis assumendum sit plu-  
ra ne an pauciora, particulatim animaduerten-  
dum. Tempori, etiam & ætati, & consuetudini, impar-  
tiendum aliquid est. Hip. Sen. 17. par. 1. Apho.

Theoricarum de viētus ratione libri primi finis,

T. Damiano Vissenaco Decopolitano Do-

ctor & medico & chirurgico autore.

Theo

# THEORICARVM MEDICINAE

## LIBER SECUNDVS, QVI

De medendi modo est. Caput I.



E alimentis itaq; & victitandi præscripto, nonnulla dicta sunt: quæ obsecro æquos lectors, vt si nullam laudem mereantur, saltem à ronchis & sanguinibus mihi vindicata sint. Qui enim in rem & salutē bonorum existimat se facere, nulli obesse, omnibus prodesse, vt quid inuidiam mereatur gratis? Ego professionis meæ fano consilio suffragari cupiēstitulo, quod vnum potui sedulam operam nauavi, ne frustra huic initiatuſ dicerer: si minus assequutus sum, laudanda voluntas erit, non despiciendum desiderium. Video enim plærosq; qui quum nihil egregium moliantur in hac vita, præ ſe tamen maiestatem ferre, dignā profectō medico exacto, ſi modo præſtarent quod pollicētur. Sed vti non eſt in pallio, aut barba, aruncisq; philosophi existimata auctoritas, ita neq; hinc metiendus medicus, qui contemnere mauult cæteros, quam suam opinionem depressam. Tot enim ſunt ſententiæ, quot capita. Neq; in aliqua liberalium artium profiſione ſic hallucinantur, atq; in medicina. Hoc iplū fortaffe poſſis accipere & de Theologia, quæ mentis reparatrix eſſe debebat, à qua verum medicum auſpicari debere nemo non nouit: licet in ea ſic ſibi quifq; hac tempeſtate placeat, ſic ſua mordicit tueatur, / proh rem indignam & fleibilem / vt facilius ſit diſputare, & in diuerſum argutari, quam ad bonam mentem conuerti.

F.ii. Quæ

## DE MEDENDI MODO

Multorū nimos opī-  
nionū vari-  
etate vitia-  
tos esse, at  
q̄ adeo à  
recto vero  
q̄ trahi in  
errorū la-  
byrinthū  
demonstrat

Aia quib⁹  
modis se-  
ducatur à  
corpore sa-  
ris superq;  
sacré, docēt  
literē nec  
nō deprā-  
uata mul-  
torū vita,

Quæ sanè à summo Bono veluti extorqueri precibus sedulis debet, vt habeat hoc domicilium corporeum mansore dignum, & adsequatur animam bonam puramq;. Est enim quodammodo corpus hoc animæ fundamentū: quod si eversum fuerit, ruinosum fiat operet, quicquid superstruere coneris. Dum enim virtutes congregantur, sanè per corporis organa colliguntur. Videt anima bonum per oculum simplicem, & amulatur in bonum: Audit per aures verbum dei, & saquatur: Pergit in templum, & orat: Esurit per carnem, mūdoq; efficitur corde: Vigilat per carnem, & inconniuētibus oculis sacris lectionibus insistit, & reparatur affectus. Et vt semel finiam. Sicut animæ omnes potentia in bonum per corporis organon emicant, ita dum malo succenturiantur, eiusdem corporis vicissitudinibus eversis abutuntur modulis. Non enim concupiscit anima nisi per carnis desideria, quæ oculis hauriuntur, auribus attrahuntur. Videns enim concupiscit alterius rem, vxorem, videns inuidet. Audiens fit curiosa: ad choreas, ad lasciuos motus gressus dirigitur. In corpore accidiatur anima. Ut quid ista prosequor? videlicet, vt placem vtrōsq;, vt præstent magis quod docent opere, quām operibus negligenter verbis tinniat. Ego sanè de me vt nihil egregium pollicor, ita modulum agnoscō meum. Si tamen inuenientur qui nostræ in hac re sententiæ refragabuntur, hos rogatos velim, ne præcipitanter agant, sed prius excusso examinatoq; stylo, & quoq; libramine ponderent, quę à nobis dicentur, ac postea iudicēt: atq; vbi nos inuenientur errare, vel amicē moneant, vel libera amici vrantur virgula. Perstrinximus ergo, quomodo per victū sani-

ac

ac languentis seu æ gri naturam fertuare munireq; possimus: non igitur iam à proposito videtur alienū, hec secundo libro de affectuum seu morborum cura disquirere, aut disputare: ac quæ ad eam perfectè cognoscendam conseruandamq; conducant, demonstrare.

Quippe sine hac diligentia, delectaq; obseruatione, nullus dextrè recteq; medicari (vt omnibus liquidat paret) poterit. Indubitatumq; est, nullum negantē fundamenta, quibus qualibet ars ntititur, posse ad scientię culmen accedere, præcipue eius principia respuentē.

Quæ autem est vera scientiæ huius basis, & fundamē tum, nisi maioris illius mundi notitia, quantū fas est, in animos hominum influere: Astrologiam dico, cuius præfagia recte nemo prædicere nouit, qui neglexit illa prædiscere. Quis Solis deliquiū, aut labores lunares prædicet, quis aliorum planetarum passiones, aut terræ situm, siderumq; motiones enunciet, nisi prius cœli terraq; per mensos & cognitos orbes habeat? At dicet quispiam, quò tu mihi Astronomiam in cœlum fers? quasi hæc vel ad sanitatem tuendam, aut morbum curandum cōducat. Adeò affinem medicinæ dico, vt hac ignorata, prorsum in medēdi modo delirare cogaris.

Quis enim æ gro sanitatem polliceri queat, die decretorio ignorato? horisq; quibus illi medicamentum offerendum sit, incognitus? quidē effecerit nemo. Atq; horum obseruationem aquam debere esse & consentaneam, nemo qui Mathematicus sit, ignorat. Verū vē semel quod sentio dicam, Astronomia tantum arti medicea succurrit, & ancillatur, vt sine ea nihil possis efficiere, quanquam multis hoc delirum videatur, sed ridiculis & deridendis. Sunt alii qui Mathematicam, &

me-

## DE MEDENDI MODO

medicinae partem quam theoriam dicunt abiicientes,  
aut potius respuentes, pro his Symphatiā, aelectroman-  
tiam, necromantiam, psychopompiam, psychagogiam,  
circulatoriam, aut incantamentorum genera nescio quæ  
amplectuntur, de quorum temeritate magis tacendū  
arbitror, quam aliquid dicendum.

Oratos tamen hos  
velim, ut tempore resiliant, & eorum temeritate valefa-  
cta, ac empiricorum, muliercularumq; necnō Domi-  
nani cuiusdam præstigiis abolitis, in veram medici-  
nam animos applicent, & ea quæ ad sanitatem conser-  
uandam, aut reuocandā faciunt, attento & docili ani-  
mo conseruentur. Iste secundo libello titulum indidi-  
mus de medendi modo Theoricę satacturi enarraturi;  
quæ in ea conseruanda sint: prius tamen admonere ac  
scire in rem medicorum ducimus, Contraria contrariis  
remedio esse, diligenti tamen adhibita ratione, quod  
diuersis ex locis manifestum euadit, ut in præcedenti-  
bus, Tum Hip. hac insinuat sententia: Quicunq; mor-  
bi ex repletione fiunt, euacuatione curantur: quicunq;  
euacuatione, repletione; eodem modo caterorum cō-  
traria remedio sunt. Sen. 22. Aph. par. 2. Medicus iō-  
tur curam moliens, hæc considerare habet:

quo literatos vel christianissimos Morbum

Luteranę sectę insinulare solēt:

q̄ppe exploratissimū mihi habeo

etiam tales māle audire ap̄d illos q̄

tota mēte sūt qđ profitētur mo-

nachi scz pñ pbi & roti christia-

ni, quales equidem oēs apud nos

esse volo. Verū de quo loqmur

vñus ex fæce illorū est qui extra

suos limites diuagat̄, abiectoq;

primæ atq; adeo nunq; satis lau-

dare institutiōis habitu, Domini-

ci, Franciscū, imo Christū abne-

Locum morbi

Tempus morbi

Aetatem

Tempus anni

Regionem

Temperaculum

Consuetudinem

Medicaminum vires.

Hæc Methodicus  
qui in solis appa-  
rentibus verlan-  
tur, non curant,  
sed ab affeclib⁹  
remedia petunt

garū;

garūt. Certo iam constat, has sacratiss. professioēes etiā alere haud raro nōnullos innumeris sycophātis impudentissime sceleratos, quibus Francicū aut Dominicū mē tē precor. Sed hoc nihil ad regilionē, quæ vel per se optima non plus nigroris aut fuliginis ex hoc contrahit, q̄ Sol ex attractis pestiferis vaporibus.

## De Morbo. Cap. II.

**M**orbos vitæ huius decurrentis & ad metam properantis declinitatēq; functiones impedire, per spicuum est. Nam remorantur pronitatem humani corporis, si velit homo virtuti se accōmodare, vt tanto fini vltimæ accedere nō metuat quanto hoc virtuti emancipatū reddiderit magis. Ex quorū & loci cognitione, aliis tamen iuxta admissis, curam in proclivi est nosse. Insuper absq; causæ cōiunctæ (quā & immediatā dicimus) notitia, morbus nequit cognosci, qui mortio preter hoc est cōtra naturam dicitur. Est etiam morbus dispositio contra naturā in corpore humano, ex qua in operatione essentialiter prouenit nocentū prouctū primo. Vel, hoc modo, & rectius: Morbus est affectus contra naturam, operationi naturali in corpore humano officiens primo, & nocens. Huius verò diuersæ sunt species, vim diuersam, & naturā obtinentes aliā. Quārum notitiam, magis in curando necessariam, quām locum (quanquām vtrūq; probe callendum) dicimus. Morborum enim quot genera, tot medendi rationes. Quorum aliquot mixti sunt, nomen ab humore prædominante sumentes: reliqui simplices, de quibus hic maximè disputabitur. Compositi seu mixti compositā itidem exigunt curationē: simplices simplicem. Accidunt nonnunquām duæ morbi species vni corpori: at tunc vehementiori primo obuiandū est, vt non accipiat sensim vires, & in quandam tyrannidis pestiferæ arcem concendat, inde phalaricis emissis hominem

Morborū  
ignorantia  
cogit medi  
cos ignora  
re circa cu  
rādīscopos

int̄c

85.07 DE MEDENDI MODO

internitioni daturus, neq; interea debilior negligēdus est. Fieri enim solet, vt neglecta sentina nauē in alto submerget, quod irruens ē catadupis fluuius efficere cōsuevit. Morbi quēlibet pars an dici mereatur morbus, non hic excutiam, sed disputantibus excutiendum re-linquo. Sunt deniq; & morbi, quorū aliqui vt faciliter se accōmodant corpori, affricāturq;, ita facilem quoq; manum admittunt, curanturq;: alii & leuiter inuadūt, & tamen diutius homini inhārent, nec curam admit-tunt, quod ii facile animaduertunt, qui cum eis indies-luctari habent. Hæc haud difficulter ab iis intelligun-tur qui contuentur Tempus anni, Corporis tempera-culum, quū vnum ad morbū recipiendū paratiū sit q; alterum, Temporis anni conditionem, Actatē.

\* In temporibus naturæ legitimis, cumq; tempestiu-tempestiue redduntur morbi constantes synceri & fa-ciles veniunt: at verò inquis inconstantes & iudicatu-difficiles. Hipp. Sen. 8. par. 3. Aph.

\* Per autumnum morbi acutissimi & exitiosissimi ac-cidunt magna ex parte. Ver saluberrimū est, minusq; exitiosum. Hipp. Sen. 9. par. 3. Aph.

\* Autumnus tabidis malus est. Sen. 10. par. 3.

\* Per tempora anni pueri & ætate his proximi Vere, atq; prima æstate optimè degunt, & maximè valent. Senes æstate & autumno aliquandiu, reliquo autumni tempore q; media sunt ætate melius valent. S. 18. P. 3.

\* Morbi quidē omnes omnibus temporibus accident, sed nōnulli quidē certis oriūtūr & irritātur. S. 19. P. 3.

S. 20. p. 3. \* Vere enī atrabiles, furores, comitiales, profusiones sanguinis, anginæ, tūsses, grauedines, raucedines, pustulae, vlcerosæ plurimæ, tubercula, articulorum dolores.

Aest

## LIBER SECUNDVS

Fo. 29.

\*Estate nonnulli ex his, ac febres continuæ, & ardores, & tertianæ plurimæ, vomitiones, etiam alui profluvia, oculorum & aurium dolores, oris vlcera, genitium putredines, & sudamina. Sen. 2.1.par. 3. Apho.

\*Autumno magna pars æstiuorum, atq; etiam febres quartanæ, & erroniae, lienes, aqua inter cutem, tabes, stolidicia vrinæ, leuitates intestinorum, Coxendices, anginæ, anhelationes, volvuli, Comitiales, atrabiles, furores. Hip. Sen. 22.par. 3. Apho.

\*Hyeme costales, pulmoniæ, raucedines, tusses, dolores laterum, pectorum, lumborum, dolores capitum, Vertigines, attoniti. Sen. 23.par. 3. Apho.

\*Naturarum aliæ ad æstatem, aliæ ad hyemem, bene malè ve se habent. Hip. Sen. 2. par. 3. Apho.

\*Ex morbis alii ad alia bene malè ve se habent : eodem modo & æstates, ad loca, tempora, & viictus genera. Sen. 3.p.3.

\*Temporum mutationes morbos pariunt : magnaq; temporum mutationes, scilicet, aut æstus, aut frigoris, & reliqua ex ratione grauius incident. Sen. 1. par. 3.

\*Per tempora anni, quoties eodem die, modo frigus, modo æstus accidit, morbos autumnales expectare oportet. Hip. Sen. 4.par. 3. Apho.

\*Austri hebetant auditum, caliginem obducunt, corpora diffundunt, pigroræq; faciunt. Caput agrauat. Vbi tempestas ita præualuerit, affectus eiusmodi existunt. At si tempus Aquiloniū sit, Tusses, fauces, alui durae, difficultates vrinæ, dolores horrifici pectorum & costarum accidentunt. Vbi ita tempestas exuperarit, affectus eiusmodi expectato. Hip. Sen. 5.par. 3. Apho.

\*Quoties æstas sit similis veri, sudorum copiam in febris expectare oportet. Hip. Sen. 6.par. 3. Apho.

G

Per

## DE MEDENDI MODO

\* Per squalores febres acutæ fieri solent, & si magna ex parte talis sit annus qualem fecerit conditionem, morbos quoq; magna ex parte expectare oportebit. S.7 p.3.

\* Quod ad temporum attinet rationem, si hyems squida & aquilonia fuerit, ver pluuium australēq; febres acutas æstate fieri necesse est, & lippitudines & intestinorum difficultates, maximè mulieribus, & iis qui humidam habent naturam. Sen. 11.par.3.Apho.

\* Sed si hyems australis pluuiia & tepida fuerit, ver squidum aquilentumq; mulieres quarū partus iuxta vertem properant, abortum ex qualibet causa facient. Quæ autem pepererint, imbecilles ac morbidos ædent infantes, ita ut aut statim pereant, aut tenues atq; valetudinarii viuant. Cæteris difficultates intestinorum & lippitudines aridæ accident. Senibus vero destillationes quæ cito interimant. Sen. 12 par.3. Apho.

\* Si æstas squalida aquilentaq; fuerit, autumnus pluuius austrinusq; dolores capitidis, tusses, raucedines, grauedines per hyemem existunt. Tabes etiam nonnullos inuadit. Sen. 13 par.3. Apho.

\* At si aquilonius sit & siccus, viris natura humidis & mulieribus proderit. Reliquis accident lippitudines aridæ, & febres acutæ, & grauedines. Nonnullos etiam atrabilis vrgebit. Sen. 14 par.3 Apho.

\* Conditionum anni squalores (quòd in totum dixerim) salubriores quam imbres minusq; mortiferi sunt. Hip. Sen. 15 par.3. Apho.

\* Morbi per imbres magna ex parte consistunt, febres, alui fluores, putredines, attoniti, Comitiales, anginæ. S.16.p.3. Per squalores tabetudines, lippitudines, articulorum dolores, stillicidia vrinæ, difficultates intestinorum. Con-

LIBER SECUNDVS. Fo. 30

\* Conditionum quotidianarū Aquilones corpora constipatoria, contentiora, mobiliora, coloratoriaq; faciūt: auditum etiam adiuuāt, sed aluū siccant, oculos mordent: & si in pectori dolor aliquis præst, acrius excitatatur. Austri corpora dissoluunt & humefaciūt, caput aggrauant, auditum obtundunt, vertigines mouent, oculis & corporibus adferunt tarditatem, aluos etiam humefaciunt. Sen. 17. par. 3. Apho.

\* Per ætates hæc accidunt. Paruis & recens natis puerulis Vlcera oris, vomitus, insomniæ, pauores, inflammations vmbilici, humores aurium. S. 24. par. 3. Aph.

\* Paulò ætate progreediētibus cum dentire incipiunt, gingiviarum prurigines, febres, cōuulsiones, alui flures, maximè cum caninos ædūt, & iis potissimū pueris qui corpulentissimi sunt, & aluos habent astrictas.

Hip. Sen. 25. par. 3. Apho.

\* Adultioribus iam tonsillæ vertebræ in occipitio, siue luxatio in partem interiorem, anhelationes, calculi, lumbrici teretes, ascariidæ, verucæ, Fatiriæ, strumæ, & reliqui abscessus, sed præcipuè quæ enumeraui. S. 26. p. 3.

\* Adulecentibus iam & pubescentibus magna eorum pars accedit atq; etiam febres diutinæ potius & sanguinis è naribus profusiones. Sen. 27. par. 3. Apho.

\* Plurimi verò affectus puerilis ætatis iudicantur, aut intra quadragesimū diem, aut intra septimū mensem aut cum ad pubertatem itur. Qui autem perdurarint, nec solui poterint, pubescenti aut fœminæ cum menstrua eruperint, iis consenescere adsolent. Sen. 28. p. 3.

\* Iuuenibus sanguinis screationes, tabes, febres acutæ, comitiales, & reliqui morbi, sed præcipuè quæ enumeraui, accidunt. Hip. Sen. 29. par. 3. Apho.

G.ii.

Qui

## DE MEDENDI MODO

\*Qui hanc excesserunt atatem, iis anhelationes, co-  
stales, pulmonia, obliuarii, deliria, ardore bilares,  
alui fluores longi, difficultates intestinorum, leuitates  
intestinorum, mariscæ. Sen. 30. par. 3. Apho.

\*Maioribus natu difficultates spirandi, destillationes,  
tusse, stillicidia vrinæ, articulorum dolores, venum-  
dolores, vertigines, attoniti, mali habitus, aspredines  
totius corporis, insomniæ, alui, oculorum, & aurium  
humiditates, hebetudines oculorum, & grauitates au-  
rium. Hip. Sen. 31. par. 3. Apho.

\*Seniores magna ex parte minus ægrotant quām iu-  
uenes. Attamen qui longi his acciderint morbi, insana-  
biles ferè tota vita comitantur. Sen. 39. par. 2. Apho.  
\*Raucedines & grauedines maioribus admodū natu-  
concoqui nequeunt. Sen. 40 par. 2. Apho.

### De Loco morbi. Cap. III.

**M**embra Antiquiorib. loca sunt appellata: quorum  
notitiam ad morborū cōferre curā, apud omnes  
tam medicos quām chirurgicos exploratū credimus.  
Qui enim curam adhibeas homini, ignorato cui me-  
deri debeas loco. Horum quādam sunt exteriora, quā  
luxātur, & è statu dimouentur vi quapiam corpus affi-  
ciente: quēdam interiora, vt post facile declarabitur.  
Membrorum positionem, compositionem, & tempera-  
turam, animaduertenda docet Galenus, necnon loci  
ratione curam alio ac alio modo aduocari debere, de-  
monstrat ex partium natura, curæ indicationē partim  
sumendo. Insuper prius de ægrorum victus ratione  
loquentes, loci naturā ad eam conducere diximus, nec  
abs re, nam cum simile nutriatur à simili (vt philo-  
sophis placuit) certum est, non posse alicui debitum  
offer

offerri nutrimentum, parte quā nutritre volueris, in-  
cognita. Hoc multipliciter accipitur, licet Aristoteles  
omne frigidum aiebat, sed falso. Cæterum nutritio fit  
vel ratione substantiæ effluxæ, vel effluentis. Itaq; li-  
quidò apparet, loci naturam in viëtu esse animaduer-  
tendam. Ad intentum igitur reuertamur, & dicamus:  
membrorum, quorum quodlibet ex similaribus confla-  
tur partibus, quædam esse principalia, quædam minus  
principalia, quædam exangua, horum natura frigida,  
quædam sanguinea, quædam spiritualia, quædam nu-  
tritiua. Horū quodlibet aliquando primario, aliquādo  
secundario, iam proprio, iam per consensum (quæ ab  
illis differunt) turbantur affectu. Locorum præterea  
exteriorum notitiam, quæ ad solutionem continuata-  
tis summè cōducit, facile est intelligere, ut patet apud  
Galenum, qui idem alio tamen loco membrorum in-  
teriorum affectiōes docet cognoscere, ad quem, pro-  
fusiorem declarationē desiderantes, remittimus. Equi-  
dem quum morborum aliqui à loco denominationem  
Helenorum arbitrio sumūt, quò illorum perspicacior  
habeatur intelligentia, partes tam exteriōres quam  
interiores propriis describemus nominibus, de parti-  
bus corporis exterioribus sumentes exordium. Capi-  
tis, quæ prima corporis pars est, summitas Vertex di-  
citur: pars anterior, Cinciput: Occipitum posterior.  
Frons cincipiti subiungitur. Tempora dextrum & fini-  
strum latus dicuntur. Infra frontem supercilia, quibus  
Oculi subiacent. Genas sequuntur Malæ. Inter has Na-  
sus. Aures propè tempora ab hauriendo dicuntur. Ab  
occipitio exordium sumit Ceruix, quam Collum con-  
tinet: post sunt Os, Labra, Mentum: Partem vero colli-

ant

## DE MEDENDI MODO

anteriorem Gulam dicunt: illi Humeri adiunguntur: quibus Brachia, quæ Armos & Lacertos continent. Cūbitus pars exterior Brachii nodosa inter armum & lacertum media. Lacerto Manus appendix est. Cui Dlgiti quinq; Mineruæ cōsecrati: horum primus Pollex: huic proximus Salutaris ac Index: subinde Medius cæteris oblongior: hunc sequitur Medicinalis: quintus namq; ob breuitatem minimus nuncupatur. Manus cōcauitas, eiusdem vola dicitur: cuius oppositū Græci μετακαρπίον. Post humeros sequitur Truncus, qui sine capite, brachiis, cruribusq; Thorax dicitur: cuius anterior pars Jugulum & Pectus cōtinet. In hoc Mammæ Alæ sub humeris. Latera costis terminantur à dextra parte & sinistra, post quæ sunt Ilia, his finitur Venter. In cuius medio Umbilicus est: sub quo locus qui pilis tegitur, Pubes & Pecten dicitur. Posterior verò trunci pars Scapulas habet & Dorsum, Spinam, cuius sunt Vertebræ: Lumbos, quibus affines sunt Nates. Pectini appèdet Mentula, ob excellentiam aliquando Membrum dicta, quæ Glandem habet Præputio testam, nisi resextum fuerit, vel religione, vel morbi gallici imperio. Inter clunes & nates Culus est. A trunko Fœmora dependent: at vbi annexuntur, Coxæ, aut Vertebræ non minantur. Fœmoribus vicina sunt Genua: à quibus initium capit Crus, quod usq; ad Talum extēditur: cuius posterior pars Sura. Perma est pars à pedis vertebra ad calcanei finem. Pes multos habet partes: Calcaneum seu Calcem, Talum, Volam, Digitos. Calcanei finis talus dicitur. Planta volam & digitos compræhendit. Hæc de partibus corporis exterioribus. Iam de reliquis, visceribus scilicet, & intestinis. Cerebrum quod ani

## LIBER SECUNDVS

Fo. 32.

animalis facultatis fons est, quodq; nec calore liquatur, nec frigore condensatur, caput mediante inuolucro Meninga dicto, continet. Huius tres sunt partes. Cauernæ cerebri ventres nūcupantur. In Ore sunt Lingua, Dentes, Fauces, Vua quæ vocis moderatrix: circa quam Glandulæ: inde Guttur. A faucibus duę incipiūt fistulæ, altera cibalis vocatur, cuius suprema pars sub Mento ab extra eminētior Frumen dicta est. Infra vero ventriculi os est, quod stomachum nonnulli, veteres verò cor vocabant. Ab Arteriali fistula atq; vocali Pulmo dependet. In pectoris vero medio cuiusuis sexus Cor locū sortitur, cuius sunt Caput Mucro Aures & Ventres. Hæ namq; duæ partes, pulmo scilicet & cor, costis munitæ, septo transuerso ab nutritiuis separantur: infra quod iecur dextrum occupans locum, Græce δικτυον, eius, sicut & pulmonis, multæ sunt fibræ. In hepatis media cōcauitate folliculus flauam continens bilem ponitur, quæ fel nuncupatur. Lien alii σπλαγχνον in sinistra positus parte, Iecori quasi oppositus, atram continens bilem, ventriculum amplectitur. Renes duo sunt spinæ adnexi, quorum dexter sinistro altior. Ventriculus ciborum receptaculum duo habet orificia, superius & inferius. hoc ex πλάγῳ natum Græci γένεσις της φύσεως vocant. Etiamnū renū, lienis, fellis, diuersi sunt ductus, fragili huic corpori deseruientes. Pyloron intestinorum principium est, primum Duodenum, quod duodecim digitorum longitudinem habet, hoc non pauci pyloron opinati sunt, circa peritoneum est. Ieiunum alterum vocatur, ad quod fellis ductus est. Tertium Ileon tenuius intestinum, quod admodum tortuose implicitum est, hæc graciliora Lactes dicta:

Quar

Intestina  
gq; diuersa  
sortita sint  
noia, tamē  
vbiq; consi-  
tigia sunt

## DE MEDENDI MODO

Quartum cæcum, atq; monoculos est. Huic subinde Colon secus os stomachi inter renem sinistrum & lumen descendit, per meatum quendam bilem à felle recipit. In hoc verò intestino, quod plurimas habet celulas veluti cauernulas, excrementa cam qua eiiciuntur accipiunt formam. Huic succedit rectum, siue Ioganon, cuius extremitas anus dicitur ac sedes. Vesica diuersam in viro ac muliere obtinet situationem: In viro enim propè rectum intestinum ad partem sinistram inclinatior, iuxta quam venæ seminales duæ. In fœminis vero supra carum genitalia ab ipsa Matrice sustentatur. Renes, atq; hæc colligātur per poros, quos Græci δυρίτηρας vocant. In mulieribus vero propè vesicā matrix & vulua sunt, quæ diuersa esse multi affirmat. Plato tamen ea nō dissidere ait. Testiculorum positio ut vesicæ in viro & muliere non eadem est, quorum cui inuoluuntur membranula Scrotum Græce τύπον vocatur. De multis igitur hæc pauca dicta sunt. Enarrasse deniq; haud fuerit absurdum, Partum nempe similarium quasdam esse spermaticas, aut seminofas, ut ossa, cartilagines, nerui, ligamenta: & similes quasdam sanguineas, yti carnis speties. Hæc chirurgica elemēta, ideo similares dictæ, quod quælibet pars carum denotionem à toto sumat, nam carnis quælibet pars, caro dicitur: ossis, os: & ita de reliquis. Ab elementis itaq; medicus Medicus dicens, quæ sanguis, pituita, flava bilis & atra sunt, hæc dictrinam agit, stingui in confessu est. De phisicis vero elemētis apud grediens in cueri mox à alios. Membrorum vero instrumentalium colligacula principio debet an morb⁹ sit similaris an in⁹ quæ maxime ad morborum strumentalis, materialis an immaterialis, simpliciter per consensum intellectum plexus an cōpositus, acutus an longus, pprius aut p cōsensum, tū cetera q̄ prius recitauim⁹ requirūtur, post fient perspicacitora

catoria, nec non vnicuiusq; temperaculū. Ceterum de affectibus cuiuslibet loci, & membra, dicēdum iam est: vbi tamē prius de morbis totum corpus infestantibus determinatum fuerit, de iis præcipue quorum Hippocrates in suis sententiis fecerit mentionem. De febre ergo exordiamur.

## De Febribus. Cap. IIII.

**F**ebrium genera multifaria distinctione prodi, auctorum scripta posteris relictā, luce clarius monstrant. Quorum nonnulli curiosi admodum inquisitores, dum nimium exquisitè tractare voluerunt, Dædali potius labyrinthum ingressi, sese infinitis erroribus inuoluerunt, vnde postea emergere nequivērunt, tanta deniq; perplexitate & arguta disquisitione hæc mundo prodidere, vt consultius fuerat Delphicū oraculum æmulari, quām se quenquām neglecto mensuram excedentem subire censuram. Siquidem prima fronte aureos montes pollicentes, tanto hiatu in recessu nihil dignum ædidere, sed prodiit planè rediculus. Quod apud Agatmum est videre, qui tam frigidè nec sibi admodum constans, de eis scripsit, vt non vereretur, omnem febrem diutinam, aut saltem cuius insultus multum produceretur, febrem vocare semitertianam. Tum alia multa veritati minimè suffragantia scripsit, & enarravit, vt præstiterit spongiis incubuisse librum, quām tam mendosum, erroneum, atq; neutiquām climatum obtrusisse populo. Huius erroribus Praxagoras assentitur, necnon Archigenes. Sed dicet quispiam, quorū tu hos de ponte? præstiterunt in vita quod potuerunt dare, laudandum itaq; votum eorum. Rectè. At nos scimus, in medium

## DE MEDENDI MODO

relictum palmarium, qui præripere queat cur vitetur?  
Sunt & alii, qui quemuis morbum febrem audeant af-  
feuerare, saltē qui in suo genere incognitus latet:  
alii omnem febrem putridam, biliosam: alii verò  
omnem morbum biliosum, febrem. At horum errori-  
bus valefactis, necnon Poëtarum placitis, ad rei veri-  
tatem, cui se committit auctor ille medicorum & sol  
Galenus (cuius scripta rationes & sensa commendant)  
veluti quibusdam neruis vndiq; sepiens & cōmuniens  
ea quæ dicuntur, properandum censeo, febrem, cuius  
habitaculum cor est, diffiniendo, atq; inde discrimina-  
enarrando. Est igitur febris calor innaturalis à corde  
scatens, atq; ex eo p arterias in vniuersum corpus pro-  
cedens, sensus naturalibus officiens actionibus, idq; sen-  
sibiliter. Hæc omnium ægritudinū infestissima ac per-  
nitiosissima censetur. Magis enim vrget hominem  
sumpto à nobiliori hominis parte, corde scilicet, ini-  
tio. Ab hac ira & furor distinguuntur, tametsi nonnunq;  
vbi cordis substantiæ familiarius inhæserint, febrem  
excitent. Febrium verò (quarum vim in caliditate cō-  
tra naturam constitutam iam liquet) discrimina, hoc  
modo & verè sumuntur. Aliquando enim calore illo  
innaturali spiritū viuificam facultatem corpori sup-  
peditantem præhendente, hominem inuadit, genera-  
turq; diaria, quam Græci ἡφαερά, quæ frequenter in alias  
degenerans febres, etsi facilè auertitur, primo tamen  
occursu dignosci qui possit, quū nec cum rigore, nec  
cum frigore incipiat, deniq; non grandem inflamma-  
tionem, horripilationemq; admittat. Attamen licet  
aliqua parte Aquilone incumbente non illo sanè sur-  
sum spirante, sed in Eoli hominis recessibus sanguine  
frigus

Poëtē post  
ignē ethes,  
rea domo  
subductū,  
maciem &  
nouam fe-  
briū incu-  
buuisse co-  
hortē fabu-  
latur, atq;  
hanc fuisse  
febrī ori-  
ginē aiunt.

## LIBER SECUNDVS. Fo. 34

frigus & horripilatio præhendant, rigor tamen ille nō  
 semp pessimus comitatur viator. Huius primariæ cau-  
 sæ sunt, frigus, calor, famæ, crapula, vigiliæ, coitus, ira  
 & siquæ sint alia his similia. Iстis enim prædominantibus,  
 tremor fit ille terræ humanæ, & quasi non in eadē  
 sedē morari possint, tumultum hunc cœnt. Secundo  
 calor diutius spiritui insidens ad humores desciscit,  
 hosq; abolens atq; putrefaciens, febrem generat humo-  
 ralem, vt ita dicam, putridamq; aut stagnantem, quæ  
 euadit in pituitosam, aut in bilariam, aut in atrabi-  
 lariam: Illa quotidiana, tertiana alia sœnit, hæc quar-  
 tana diuexat: est & sanguinea alia. Dictæ febres om-  
 nes simplices ex quibus compositæ. Quarum diuersi-  
 tates Galenus abunde tractat. Sunt nonnullæ conti-  
 nuæ, quarum succositas spuria in venis continetur: ex  
 his nonnullæ inter morbos acutos numerantur, non  
 omnes profecto, vt Bernardinus medicus in aula re-  
 ginae Hungariae pertinacissimè asseuerare haud veri-  
 tus est, neq; interim à cōutiis abstinebat, vt aliâs ostē-  
 demus. Reliquæ intercisæ seu interpollatæ: aliquæ sin-  
 gulares & exquisitæ: contrâ reliquæ, pestilenticæ ali-  
 quot, aliquot vagæ seu erroniæ, nullis statis temporis  
 bus occupantes. Sunt aliæ interna depascentes, & ex-  
 ternam corporis superficiem frigore stringentes, has  
 lypirias vocant: sunt & aliæ hepialæ. Tertio verò calor  
 partes corporis deurit solidiores, hanc habitabilem La-  
 tini, Græci ~~τριημερη~~ nominant: quæ vbi primas stationes  
 pertransiit, haud solui potest. Hæc aliquando per se,  
 aliquando aliis admixta morbis, nō fecus quām tabes  
 vitales succos deuissans, corpus omne corrupta macie  
 obducit, atq; ob hoc omnium aliarum grauissima. Hæc  
 sunt

## DE MEDENDI MODO

sunt febrium differentię & varietates, quas aliquando substantialiter, aliquando accidentaliter distingui, ex prædictis manifestum euadit. Verū habitabilis nullo homines afficit dolore, saltem admodum sequo, eoq; ab aliis dissidet febribus.

\*Accessiones verò conditionesq; indicant morbi & anni tempora, &c. vt prius de viētus ratione ærorum, Cap. de morbi tempore.

\*Qui increscunt, plurimū caloris innati obtinent, &c. vt prius de viētus ratione Cap. de ætate.

\*Morborum acutorum præfigia non admodum tutam sunt, neq; mortis neq; salutis. Sen. 19 par. 2 Apho.

Sē. 23. p. 2. \*Morbi acuti intra quartumdecimū diem indicantur.

\*Dies quartus septimi index est. Octanus principium alterius septimanæ exorditur. Undecimus etiam considerandus est, quartus enim secundi septenarii est. Item decimusseptimus considerandus est: quartus enim à quartodecimo, & septimus ab undecimo est. S. 24. p. 2

\*Dolores & febres magis accidentunt quum conficitur pus, quam vbi confeatum est. Sen. 47. par. 2. Apho.

\*Quartanæ æstiue breues magna ex parte sunt: autūna les longæ, præsentim quæ hyemem attingūt. S. 25. p. 2.

\*Febrem conuulsioni superuenire melius est, quam cōuulsionem febri. Sen. 26 par. 2 Apho.

\*Febricitanti non admodum leuiter & per summā corporis formam, si corpus perstat nec vlo modo collabatur, aut contrà, si magis tabescit quam ratio postulat, vitiosum est: alterum enim longitudinem morbi, alterum imbecillitatem significat. Sen. 28. par. 2. Apho.

\*Omnia cum incipiunt & finiunt, leuiora sunt: cum cōsistunt & vigent, grauiora. Sen. 30 par. 2 Apho.

per

## LIBER SECUNDVS

Fo. 35

- \*Per morbos minus periclitantur, ii, quorum naturæ morbus conuenit, aut ætati, aut habitui, aut temporis, q̄ quibus non conuenit aliqua ex his ratione. S. 34. p. 3.
- \*Quoties astas sit similis veri, sudorum copiam in febribus expectare oportet. Sen. 6 par. 3 Apho.
- \*Per squalores febres acutæ fieri solent, &c. ut prius de morbo. Sen. 7. par. 3. Apho.
- \*Per autumnum morbi acutissimi &c. ut prius de morbo. Sen. 9 par. 3 Apho.
- \*Quod ad temporum attinet rationem, &c. ut prius de morbo. Sen. 11 par. 3 Apho.
- \*Estate nōnulli ex his &c. ut prius de morbo. S. 21. p. 3.
- \*Quibus febricitantibus die sexto rigores accidunt, iis difficulter iudicatur. Sen. 29 par. 3
- \*Quibus accessiones veniūt, si febris, quacunq; hora, dimiserit, eadem altero die repetit, iis difficulter iudicatur. Sen. 30 par. 4 Apho
- \*Qui per febres lassantur, iis in articulos & maxillas potissimum abscessus decumbunt. Sen. 31 par. 4
- \*Quæcunq; non intermittentes die tertio vehementiores redduntur, magis periculosæ existunt: sed, si quouis modo intermittent, securitatem inesse significatur. Hip. Sen. 43 par. 4 Apho.
- \*Quæ febres longæ exercent, iis vel abscessus in articulos vel labores decumbunt. Sen. 44 par. 4
- \*Sudores frigidi, si cum febre acuta accidunt, mortem significant: sicutum mitiori, longitudinē morbi. S. 37. p. 4.
- \*Si rigor accedit per febrem non intermittentē ægrō, iam debili letale est. Sen. 46 par. 4 Apho.
- \*In febribus non interpollatis si partes exteriores inalgescunt, interiores vruntur, letate est. Sen. 48. par. 4

In

## DE MEDENDI MODO

\*In febre non interpollata, si labrum, aut oculus, aut supercilium, aut nasus perueritur, si visus, si auditus, defecerit ægro iam debili quicquid ex his accidit mors in propinquo est. Sen. 49. par. 4. Apho.

\*Quibus in febre non interpollata difficultas spirādi cum delirio accidit, letale est. Sen. 50. par. 4. Apho.

\*Per febres abscessus nisi primis soluatur iudicationibus, morbi longitudinem indicat. Sen. 51. par. 4. Apho.

\*Quibus aut abscessus in articulos aut dolores decum būt ex febrib. longis, ii cibo pleniore vtūtur. S. 45. p. 4.

\*Quibus in febribus aut in aliis morbis oculi voluntariè lachrymant, nullum est malum: sed quibus no-

lentibus, periculofius est. Sen. 52. par. 4. Apho.

\*Quibus lentore dentes oppalentur, iis febres incidunt vehementes. Sen. 53. par. 4. Apho.

\*Quibus tusses aridæ leuiter irritantur per ardores, ii non admodum siti afficiuntur. Sen. 54. par. 4. Apho.

\*Ex inguine febris nisi diaria sit mali est. S. 55. par. 4.

\*Febricitanti si sudor accidit febre non intermittē, malo est: morbus enim prorogatur plusq; humiditas inesse significatur. Sen. 56 par. 4 Apho

S. 58. p. 4. \*Qui ardore tenetur, si rigor accidit, soluitur eo malo

\*Febres tertianæ septenis circuitibus iudicantur, quod longissimum est. Sen. 59 par. 4 Apho

\*Quibus per febres aures obsurduerint, iis sanguis è naribus fusus, aut aluus pturbata soluit morbū. 60. p. 4.

\*Febris nisi die impar i desierit solet recidiuare. 61. p. 4 Quibus per febres morbus regius ante septimum accidit, letale est. Sen. 62. par. 4. Apho.

\*Quibus per febres quotidie frigus accidit, quotidie febres dissoluuntur. Sen. 63 par. 4 Apho.

Quibus

## LIBER SECUNDVS

Fo. 36.

- \*Quibus per febres morbus regius die septimo aut nono, aut quartodecimo accidit, bono est, nisi ilia dextra obdoluerint: nā si hoc ita accidit, nō bene est. *S. 64 p. 14*
- \*In febribus si circa aluum calor vehemēs, aut dolor cordis infestat, male est. *Sen. 65 par. 4 Aph.*
- \*In febribus acutis si conuulsiones aut viscerum dolores vehemētes acciderint, male est. *Sen. 66 par. 4 Aph.*
- \*Quibus per febres sanguis alicunde largē exierit, iis in recreatione alui humidæ redduntur. *Sen. 27 par. 4*
- \*In febribus si pauores per somnum aut conuulsiones accidunt, male est. *Sen. 67 par. 4 Aph.*
- \*In febribus spiritus subsistens malo est, quoniam conuulsionem significat. *Sen. 68 par. 4 Aph.*
- \*Qui à quartanis capiuntur, non admodum conuulsionibus capiuntur, & si antea capiebantur quartana superueniente liberantur. *Sen. 70 par. 5 Aph.*
- \*Quibus abscessorum in articulo est, iis eximit abscessus vrina crassa copiosa alba, qualis in febribus laboriosis quarto die nonnullis exire incipit: sed si sanguis quoque naribus eruperit, breui admodum leuabuntur. *Se. 74 p. 4.*
- \*Qui per ardores contremiscunt, his delirium adfert solutionem. *Sen. 26 par. 6 Aph.*
- \*In affectibus acutis qui affligant cum febre, suspiria luctuosa mala sunt. *Sen. 54 par. 6 Aph.*
- \*Sudores febricitanti si statim inceperint, bono sunt, & tertio die, & quinto, & septimo, & nono, & undecimo, & quartodecimo, & vigesimo, & vigesimoquarto, & vigesimo septimo, & trigesimo, & trigesimo quarto: his enim sudoribus morbi iudicantur. Qui autem nō ita veniunt, laborem significant, & longitudinem morbi & reciduam. *Sen. 36 par. 4 Aph.*

Si

## DE MEDENDI MODO

\*Si febris ortum non ex bile trahit, calidæ copia capiti affusa, tollit febrem. Sen. 43 par. 7

\*Quos febres diutinæ habent, his in articulos absceditur: si labor ex febre accidit, hi cibo pleniore vtuntur. Hip. Sen. 64 par. 7 Apho.

\*Excretiones in frebribus non interpollatis liuidæ, cruentæ, biliosæ, fœtidæ, malæ sunt omnes. At si bene excrenitur bene est, & quod tum per ventrem tum per vesicam & quacunq; aliquid secedens subsit non purgatum, malo est. Hip. Sen. 77 par. 4.

### De Morbo regio Cap. V.

**H**abent sua præsidia etiam ipsa membra, & facultate quodlibet quadrifaria nititur; videlicet, attractrice, alteratrice, retentrice, & expultrice. Harum iam vna collabitur, aliquando plures vel omnes in uniuersum suas vires despondentes, flaccescunt. Solet tamen in dubium reuocari, num videlicet vna harum virtutum aliquod lesionis vel modicum momentum experiri possit, cuius nō sit particeps & alia, quū omnes pari modo per vnum & eundem operentur. calorē, quo faces suas subducēte & ipsæ consequenter eneruantur. Hoc sanè dubium à nobis in cœtu Doctorum Louanii anno 1518., satis superq; solutum arbitramur, quare tandem duximus: hoc iam dixisse satis arbitrātes, expultricem, attractricem, retentricē, facultates esse voluntarias: alteratricem verò minimè, ad quam requiritur alterantis, & quod alterari debet iuxtapositio. Redduntur verò virtutes debiles & imbecilles intemperie in viscere furibunda, quæ si calida fuerit, etiam adurit: si frigida, infrigidat: & sic de reliquis, iuxta affectiones subiectas, & secundum tam simplices quam cōpositas.

positas qualitates. Hæ namq; dispositiones efficiunt,  
vt membra ex diametro suis fungentia officiis diuer-  
so tramite eant, quod Icteris, aut morbus regius, quē  
alii arquatum dicunt, indicat. Qui iocinoris, aut lie-  
nis, aut simul vtriusq; vicio, nūc quidem citra inflam-  
mationem, aut opilationem, aut scirron, aliquando ve-  
rō iis assensu parili conuenientibus, fœdo innaturali q;  
colore vniuersam corporis habitudinem deornat, iam  
pallidā reddens, nunc verò buxam aut plumbeā, aut  
fuscā efficiens, nunc etiam citrinicam atq; ceruleam  
faciens, qui omnes hepatis errore & vicio commutan-  
tur in peius gliscentes. Inducit & liet hominem colore  
furno & tetro, aut quadam mixtura minimè amabili.

Possunt tamē etiamnum à venenosorum corporum  
contactu oriri. Causarum primituarum  $\approx$  ~~et~~ ratio,  
apud eruditos opinor satis explorata est. Causas autē  
coniunctas, vel atram vel flauamibilem esse, aut hu-  
morem ex his mixtū crudumq; quis est qui ambigit?  
Hoc morbo occupatis & fatigentibus, omnia colore &  
sapore commutata visuntur oculis quodā glaucomate  
viciatis, & veluti è Trophonii specu emergētibus, om-  
nia innouata putantur, aliis citrina & amara, aliis verò  
atra & acetola existimantibus, hic lienis ille iocinoris  
dicitur, affectus iam febrem præcedit, iam eam sequi-  
tur. Solent nonnulli duas tantum huius mali coloris  
species arbitrari: Croceam videlicet, & Atram, nec plu-  
res ponendas hoc probarunt argumēto. Volebant em̄  
alias esse mediaстinas, & ex illis tanquam extremis ge-  
nerari. Neq; enim fieri posse arbitrabantur, quod ho-  
rum tam exacta fieret mistio, quin alterum semper su-  
peret, alterum dilutius reddatur, atq; ita vel ad hanc,

Hoc nomē  
sumptū ab  
aue q̄ Ideo  
rus dicit à  
colore, ali  
o noīe vo  
caſ galbula  
hæc si spe  
etēt, sanari  
hanc luem  
tradūt an  
tiquorum  
scripta, sed  
auem mo  
mori.

## DE MEDENDI MODO

vel ad illam reduci speciem. Neq; admodum obtur-  
bamus hanc opinionem, aut conuellimus: perspicuum  
enim euadit in his morborum conflictationibus, cau-  
sarum cōiunctarum nullam esse solidam aut puram,  
verum alter vt plurimum humor alteri permistus, cō-  
funditur: vnde colorem humoris vnius, corporis su-  
perficies minimè commonstrat. Atq; an dux aut tres  
seu plures ponendè sint species, quum numerus curam  
nō variet, cuiusuis libero arbitrio relinquimus potius  
quām in disputationē vocamus. Etiam huius vtritq;  
lectæ opinionem anno 1518 Louanii, Romæ vero 24,  
publicis disputationibus non sine frequentiss. atq; ho-  
norabili auditorio defendimus.

\*Quibus per febres morbus regius, vt prius de febri-  
bus. Hip. Sen. 62. par. 4. Apho.

\*Quibus per febres, vt prius, Ibidem. Sen. 64. par. 4.

\*Arquatis iecur effici durum malum est. Sen. 42 par. 6.

\*Qui regio laborat, ii non admodū inflantur. S. 72 p. 5

### De aqua inter cutem. Cap. VI.

**V**T ordinis sit cōuenientia, & consensus parilis, nūc  
de aqua inter cutem (quam tu qui è Græcia in La-  
tinam coloniam demigras, id est dixeris) tractatus re-  
stat. Est namq; (vt facile diffinitionē eius absoluamus)  
aquosus, aut ventosus, aut pituitosus affectus facultatū  
digestiū atq; adeo discretiū ob viciati iecinoris er-  
rorem natus. In suam igitur regiam vt deuenit hepar  
totum Eolum imò deos marinos omnes concipit, ac  
vel scirrum, vel opilationem, aut quid huius amurcæ  
sustinet ac patitur, adeo vt horrentia hyemis (sine qua  
aqua inter cutem specierū nulla esse potest) cogatur  
degere, nunc proprie ac peculiariter, id q; vt plurimū,  
nunc

## LIBER SECUNDVS. Fo. 38

nunc verò per consensum & secundariè. Si enim lien,  
 ventriculus, intestina, mariscæ, venæ, vterus, hoc mo-  
 do ciuale & intestinum bellum moliantur, tempore la-  
 bante ad iecoris secretoria, incōmodum transadigunt.  
 Si namq; septum transuersum, pulmo, aut renes, inten-  
 tiore frigore lœdantur, iam hepatis cōuexa inficiunt,  
 imò tandem totum præcordiorum corpus, ac ipsos la-  
 etes obnixos reddunt, adeo vt succū ab ventriculo li-  
 quantem non probè concoquere ob imbecillitatē, aut  
 in suas partes dispartiri queant, hinc tam pernitiosum  
 exoritur malū, caputq; tortuosum erigitur. Cuius tres  
 poni species solent: Ascites scilicet, quæ pro maiore  
 parte aquam cogit, & Deucalioneū diluuum homini Haud raro  
 microcosmo inuehit: Tympaniten, Eolus conciliat: euenire cō  
 Pituitam albam seu leucophlegma, alii anasarcam ex sueuit, vt  
 pituita auct  
 pituita alba laboran  
 tes, errore  
 medici tra  
 hantur ad  
 tympaniā  
 insanabile  
 fane. In hūc  
 modum à paucis mē  
 sib⁹ Notus  
 nr̄ iugula  
 uit Guili  
 elmī de rā  
 melere Gā  
 désem, &c

volunt. Hi verò succi in vniuersi corporis venas de-  
 meant, discutiunturq; post quarum redundatiā, in-  
 terstitium inter peritoneum, & partes ei coadunatas  
 aut subiectas horum humorum exuperantiæ obnoxiiū  
 fit. At vbi tales asphaltites inferiorem ventrem inten-  
 derint, ac quadā saburra onerarint, quasi præsteris iactu  
 tactus sit, aquæ intercutaneæ malū consuscunt, cuius  
 diuersitatem vicii, mendendi ratio itidem diuersa tol-  
 lit. Quod ipsum aliquot imperitiores practici studio-  
 fiores quam rationis attentiores, prorsus inficiuntur.  
 Nuper adeò in Domini Cornelii Boliin (qui fatis sta-  
 ta tributa persoluit, cui & nos Christi precamur mis-  
 ricordiam) memoriam incidimus, & hoc meminisse iu-  
 uat: Hic morbo aquæ videlicet intercutaneæ obseptus  
 & vallatus, cū auxiliares medici manus susq; deq; ad-

## DE MEDENDI MODO

hibuisset, sperans subsidiariam opem, adeò non retulit optatam sanitatem, vt etiam ex medici subulci ignorantia lucrifecerit mortem. Nec enim morbi sicutia vñq; adeo illi spicula intentauit, quām mer dici potius quām medici imposuit ignauia, aut inscitia. Accommodate aurem obsecro, neq; adeò nupera sunt hæc, vt sint obliuione deleta. Non autē liuidulo dente hunc qualemcunq; mordemus, aut oculo malo discutimus, sed quia multorū interest, probi medici callere ingenia, hunc qui à paucis annis animam effudit veluti nigrū Theta, in medium retulisse sufficiat, vt fugiantur deinceps qui nigra in candida vertunt, & ediuerso. Aduo catur itaq; quispiam platearius impostor, qui vicatim, ostiarim, oppidulatim mercedem corrogare mendaci bus pharmacis consueuit (nomen tacemus, nam terræ filius, alicubi Chremes fortè, Stilpho aliubi dictus) qui quum virtute nobilis esse nequisset, veluti Erostratus ille Ephesianę Diana templi incensor, ab insigni quipiam facinore, homicidio scilicet, nomen sibi conquisiuit, hoc præclaro (si diis placet) initio suam auspiciatus est medicinam: quos tamen multo laudatores in temperans vulgus autumat, quām probè eruditos. Si quidem ait: Nisi audaci scelere myriades hominum interemerit, medicari nō posse. O iudicium secum pugnans, imò planè cæcū. Iste ergo ex horū fæcibus vnum conspecto lotio, hepati, nequaquam tamen inflammatio, immoderatum inesse calorem diiudicabat, scilicet croceo colore deceptus, ex quo non semper hepatisca lorum medicus debet aestimare, vt iis non absurdum est, qui lotii norunt discerniculum: sinistrum iudiciū ædedit. Procaci igitur vultu nec minus volubili, & suo inna

## LIBER SECUNDVS

Fo.49

innatans mendaci succo lingua, atq; adeò impudenter  
coram τῷ βασιλεῖ & Ianionibus, ac rusticana, miscella-  
neaq; turba, quibus nihil non persuasibile fit, inspe&t  
ventre turbinato, aqua inrercutanea ex hepatis calore  
nata, ægrum laborare aiebat. Non cogitans interim,  
hunc morbum, quo hic laborabat, cū hepatis calore  
nullam germanitatem aut cohæretiam habere posse.  
Verūm ille mox citato gressu ad pharmacopolem di-  
gressus, diuersa antidotum genera à se conscripta con-  
cinnari exhiberiq; iussit morbi tamen adhuc incogni-  
ta specie, quod plures testari possunt. Quum iam le-  
mestri plus minus spatio ita in medicaminum exhi-  
bitione sudaret, oleumq; & impensam perderet, & æ-  
grum miserè cruciatum spe bona frustraretur, ac ipse  
iam infirmitati herbam porrigeret, se victum conte-  
status, iussit scalpro exacuminato semel ac iterum ve-  
nam aperiri, quod ab omnibus medicinę tractatoribus  
saltē excussis ac probis, in hac qua iste grauabatur spe  
cie, causa primaria, hominis ætate, facultatum flacces-  
centia, temporib. & anni & morbi obſistentibus, repro-  
batum esse in confesso est. Postremò his erroribus ve-  
luti dædaleis texturis implicatum aggressus pharma-  
copola Nicolaus de buck, vir singularis saliuæ ac iudi-  
cii penſiculatioris, nec minus eximia probitatis sum-  
mus φιλικτῆς, in hunc modum hominē compellat: Quæ  
nam est (inquit) aquæ intercutanię species. Ille animo  
confusus, parumper silentio substitit, pressoq; obmu-  
tuuit ore, ac secum tacitus, tandemq; post cæca murmu-  
ra respirans, Tympaniten esse aiebat: cui accidit tam  
diuersum, vt aquæ sanguinei coloris homine demor-  
tuo & ab religiosis pectine ſecato effluxus edocuit: nā  
aſciten

## DE MEDENDI MODO

ascitum esse constituit. Huc confluxere & alii medicinæ professores profectò exactæ doctrinæ, dempto uno inter olores corchoro, aut inter lucinias graculo. His conatus est suis nugis imponere idem iste implanator, ac persuadere, esse scilicet tympaniten, neq; eis reclamantibus, ac diuersum dicentibus, vñquam cedere voluit, licet probabilibus rationibus reserint hominē: sed constittit impudentium more, qui quanto magis ad veritatis agnitionem adducuntur, tanto minus pudescunt: sed inscitiae nubilo tenebricones oberrant: Sic iste occlusis oculis Andabatarum more, in tenebris gladium ventilās, in opiniones absurdas tandem impegit. Quod ipsum facere solent, qui modicè ultra prima literarū rudimenta progressi, scientiæ fastigium iam sese consecutos putant, quum tamē teneant omnium errorū apicem. Medicis igitur in hunc morē decertantibus, ac decernentibus, ægro manabat quidam diluti cruxis fluxus, cui implexæ fuerūt sanguinis coagulati partes formæ longæ, putridæ, ac putridæ: quas quum hic cerneret, ne nihil noui dicere putaretur, hepatis fibras distuti dicebat ad putrilaginem à calore reductas. Obstupuere omnes, & hæc secum mussitabant: Quæ est noua doctrina? quæ opinionis sorbona? quod scientiæ decus? Vnde namq; interaneis solutionē continuitatis haud patiētibus, hepatis aliqua fibra p aluum deli ci posset? Vnde præterea putrilago, quum nullus in eo calor inuisceratus? Certum namq; est hanc aquositatem, quæ clanculò mihi visenda præbebatur, aliud fuisse nihil, nisi chilum (cuius rei etiam astipulator est eximius rei medicæ Galenus) in hepatæ semicoctum, quem hepatis facultas ob vires extenuatas in perfectū transf

transmutare sanguinem non potuit. Quis namq; dubitet, incur (cuius actio est sanguinem generare) in eiusmodi morbo esse debile admodum, adeò plarūq; vt & ipsum & eius actio videntur, qua proiecta & extincta, hominem emori quoq; necesse sit. Sanguinea verò illa pars nulla vt hepar veluti fila includēs colligacula cōtinentis vnde eiecta est formam præostendens, putrificinosum spiramentum emittens, sanguis erat concretus, non hepatis (vt ille asseuerabat) fibra: putridus utpote non vegetatiuus sed extra suum locum naturalem degener. Sunt & alii infiniti errores commissi circa hunc valetudinarium, atq; adeo in viētus ordine ac ratione. Vinum enim album (cuius per se cuiusq; naturam frigidam esse docet Galenus morborum cūrandorum libro) datum est etiam lymphaṭū, & dilutū villū, ac quæq; infrigidantia, quæ non leuabant morbum, sed magis exacuebant & patrocinabantur. Condonabis nobis aquifissime lector, si veriori stylo hominem notarim, cuius tamen à nomine abstinentum est. Sed si vera designauī, longè veriora veris in huius hominis interitu contigere, quem cupiā superos aut potius inferos adire, atq; illum implanatorem impudentiae redarguere: miseret me planè tanti viri internitios ac casus, qui merebatur Nestoreum æuum, sic eius prædicabantur mores vita vndiq; inculpata, dignus cui probior contigisset medicus. Cæterum si in morbo tam communi & vulgato, atq; in viro tam celebri, tot sunt errorum tormenta conquisita, quid in abditis & obscuris morbis, ac præsertim in iis faceret, si superefset, quorum nec ratio expendi, nec existentiæ comprehendendi, aliorumq; accidentiū conditiones agnosci queunt

## DE MEDENDI MODO

unt, aut in homine inferioris notæ. Huy, audacia vſus  
est, quisquis fuit qui ſcelere famam q̄ virtute maluit  
conquirere. hæc illius fuit Harena. Iaceant tales in er-  
rorum volutabro anxii εκατόφαγοι, ac nimii naturalium  
ſcrutatores. Sed iam Hippocratē post longas ambages  
de aqua intercutanea loquentem audiamus.

\*A marifeis diurnis sanato nifivna feruetur, pericu-  
lum vel aquæ inter cutem, vel tabitudinis imminet.  
Hip. Sen. 12. par. 6. Apho.

\*Qui ſuppurati aut aqua inter cutem laborātes vrun-  
tur, aut ſecantur, omnes interiunt, ſi pus aut aqua vni-  
uersa effluxerit. Sen. 27. par. 6. Apho.

\*Aqua inter cutem laboranti ſi tuffis ſuperueniet, ma-  
lo. Hip. Sen. 35. par. 6. Apho.

\*Ab aqua inter cutem detentus, ſi aqua p venas in ven-  
trem defluxerit, morbo ſoluetur. Sen. 14. par. 6. Apho.

\*Quos tormina circa vmbilicum fatigant, aut labor  
atq; lumborum dolor infestat, nec medicamento, aut  
vlo alio modo ſolui cruciatuſ potest, iis in aquam in-  
ter cutem ſiccā decumbitur. Sen. 11. par. 4. Apho.

\*Vlcera aquæ inter cutem quæ in corpore fiunt, non  
facile ſanantur. Sen. 8. par. 6. Apho.

\*Lienosis qui à difficultate intestinorum capiuntur, ſi  
ea ipsa difficultas longa fuerit, aqua inter cutem ſu-  
perueniet, aut leuitas intestinorū, atq; ita interimetur.

\*A pituita alba detento, ſi alui fluor ſuperuenerit ve-  
hemens, æ gritudinem tollit. Sen. 29. par. 6. Apho.

\*Qui aqua inter cutem laborat, ſi à tuffi tenetur, de-  
ſperandus eſt. Sen. 49. par. 7. Apho.

\*Quibus iecur aqua impletum in om̄tum crumpit,  
his venter aqua impletur, atq; ita moriuntur. S. 55. p. 7

De Partium affectibus, & primò de  
Capitis dolore. Cap.VII.

Nunc satis disputatum opinor de morbis vniuersum corpus infestantibus. Plures verò esse idem corripiētes corpus, quām à me adducti sunt in mediū, sicut Lepra, quæ atrabilaris est, Scabies, Elephas, ac eius farinæ similes, nec hoc me fugit. Quorum quum Hippocrates in suis sententiis exiguum admodum faciat mentionem, transeo, aut aliis post me memorāda relinquo, ut ait præclarus Poëta. Mihi sufficit in præcipuis versari, si non in omnibus. De partī igitur morbis disputaturis, hoc præcipuè scire necessarium duco: Morborum quosdam cuius partis esse communes, ut est videre in dolore, in tumore præter naturam, in vnitatis solutione: quosdam proprios, officientes tantum vni, qui post dicentur. Iam de dolore capitis, velut ab arce ipsa exordiū sumentes, disceptabitur: prius tamen hanc locorum aut membrorum faciendo diffarentiam: Quædam enim sunt principalia, ut cerebrū, cor, iecur, alii testiculos addunt: quædam verò his deseruientia ancillantiaq; ut nerui cerebro: cordi vena pulsatiles, quas arterias, per vniuersum corpus vivificam facultatem deferentes: vena sanguineum suctum ac alimentum continētes, hepati subseruiunt: vasa verò seminaria, testiculis. Minus principalia membra sunt, ventriculus, renes, & id genus similia, quibus principaliora virtutem suggesterunt. His præmissis, partium morbos declarare, quorum Hippocrates in suis sententiis meminit, aggredior. A capitis igitur dolore exordia sumam. Dolor namq; qui planè rei contradicentis sensus esse dicitur, tactus symptoma est, cuius

## DE MEDENDI MODO

neruoso accidens corpori, & huic soli (nihil siquidem quod nō neruosum sentit) inhārens. Nervi per vniuersum corpus à cerebro, quod insensibile est, animantem facultatem deducunt, quæ ex spiritu vitali à corde ascendentē in illo coquuntur, qua quodus simul sentit ac mouetur, alia tamen ac alia ratione: hinc motu ablatō, sensum tamen manere vidimus, & contrà. Quod ipsum Galen. diuersis in locis ostendit. Caro namq; & ossa, & his similia, insensibilia sunt: quare nec dolorifica passione torquentur. Doloris namq; (cuius causæ sunt aut alteratio, aut unitatis solutio) capitum, multæ sunt species, vt Cephalea, Galea, Soda, Ouum, Hemicrania, Monopogia, Clavus, quarum differentia iam à modo afflictionis, iam à partis quantitate quam afficiunt, sumitur. Possent & his similia adfigi infinita, vt ait Galenus lib. de affect. locorum notitia, secundo, inibi dolorum differentias abundè enarrans.

\*Lac febricitanti dari, aut caput dolenti, malum est: & quibus ilia suspensa murmurat, & his qui sitibundi sunt. Nocet etiam quibus per febres acutas biliosæ deiectiones prodeunt, & quibus sanguinis multi deiectiones facta est. Competit tabe confectis, nisi admodum febriant. Dandum etiam in febribus longis tussibundis, si nec ullum ex prædictis urget, & præter rationem ager absunitur. Hip. Sen. 64. par. 5. Apho.

\*Quibus urina turbulenta, qualis iumentorum est, iis dolor capitum vel addest, vel aderit. Sen. 70. par. 4. Aph.

\*Dolenti partem capitum posteriorem, frontis venam surrectam incidisse prodest. Sen. 68. par. 5. Apho.

\*Dolenti caput, & vehementer laboranti, pus, aut aqua, aut sanguis effusus per nares, aut aures, ægritudinem tol

tollit. Hip. Sen. 10. par. 6. Apha.

\*Quibus benè valentibus dolores subitò accidunt capitis, statimq; obmutescunt & stertunt, intra septimū diem periunt, nisi febris præhendat. Sen. 51. par. 6.

\*Si dolor geminus non eodem loco infestat, qui vehe mentior est, alterum leuiorem obscurat. Sen. 46. par. 2.

\*Quicunq; parte corporis aliqua laborātes, laborem ipsum magna ex parte non sentiunt, his mens ægrotat. Hip. Sen. 6. par. 2. Apha.

### De Cerebro Cap.VIII.

**C**erebri, in quo sentiendi potentia, diuersæ sunt partes: quarum posterior priore ficcior. Est tamē natura frigidum & humidum in diuersas partes distributum: neruis veluti est fundamentum, & principiatur, inter duas membranulas, quarum primā piam matrem, alteram à duricie & materna custodia durā matrem dicunt, versatur: Has craneum continet veluti dolium quoddam. Spiritosum est admodū, propter indesinente motum, cui spiritus impulsor perpetuo necessarius est. Medullatum est quoq; ut spiritus vis qua calor incitatur, temperetur. Ventriculis tribus distinguitur à physicis, in cuius primo imaginatio formatur: in mediastino, ratio centrum occupat: in posteriore, memoria est condus promus. De his igitur, memoria scilicet, cogitatione, intellectu, ratiocinatione, sensuq; communi determinare, non admodum inconsultum videretur, nisi ea, quæ (quantum ad artem speclar medicam) de cerebro dicenda erant, sine illorum declaratione intelligi possent. Deinde quia magis philosophica sunt quam medica, ad Platонem, & huius

## DE MEDENDI MODO

discipulum Aristotelem horum declarationem desiderantem ablegamus. In sentiendi tamen facultatis positione, seu ortu primario, neminem Aristoteli nimum addictum cupimus, quū ab eo in diuersam eant sententiam alii.

\*Quibus cerebrum præcisum est, his febrem & bilis vomitum superuenire necesse est. Sen. 50. par. 6. Apho.

\*Quibus cerebrum sphacelatum, hoc est, sideratum est, intra tertium diem moriuntur. At si ab his diebus euaserint, sanitati restituentur. Sen. 51. par. 7. Apho.

\*Quorum cerebrum concussum aliqua ex causa est, eos repente obmutescere necesse est. Sen. 58. par. 7.

De Somno & vigilia. Cap. IX.

1537.  
10. Ianuar. **H**ominis in hanc dubiolam, & ærumnosam vitam prodeunti, solatia sunt bina relicta, somni vide-  
Certe ærū licet, & quietis: ut defessos artus, & anhelos spiritus, ac  
nosa & ve- sensus ad quodvis acumen auocatos, quies nocturna  
re dubiosa. Nam ppter hoc q̄ infinitis fortunæ ludibrijs solaretur, ac hoc exilium ali  
expositi, subiecti sumus, tum pterea q̄ im qua commoditate leuaretur.  
manissimus Ditis serpens, vt pote vītē huma Iuuat enim sensus defatiga-  
ne pnciosissimus hostis, noctes atq̄ dies cir cūquaq̄ vagatur nos deuorare queritās: etiā tos subinde laxata intentio,  
à iudice iniquo & testibus corruptis vitā no vt tanto vegetatores rede-  
strā pendere cernim⁹. Nō abs re igitur quo-  
tidie orandū: Dñe Iesu Christe, omnipotens ant, quanto recreatores effe  
Deus, q per tuā clementiā in salutē humani ēti sunt. Consolidat etiam na-  
generis à iudicis supb. iniqtate, ac a testimo  
nio falso te morti tradi passus es: suppliciter turalia somnus, & sicut quasi  
te rogamus, vt tua sanctissima custodia nos ignē superinfusa lympha ar-  
hoc die tueri dignetur a iudice peruerso, ac dentiorē reddit, si modo vin-  
testib. falsis

Amen. cat ardor, ita animantiores reddit sensus, si non peni-  
tus obsoleuerint. Fit autem somnus naturalis ex humi-  
ditate quam frigiditas comitatur, vnde frigidos &  
humidos magis inuadit ac pituitaceos; biliosos verò  
minus

minus ac parcius sequitur. Quare & adusta colera seu melancholia laborantibus , minus est familiaris , tum quia sensus minus obruuntur inertia,nempe vegetiores,ac proinde vigilantiores,tum deniq; igni semp in superiora tendente,& ad vigilias magis ac magis sollicitante. In somno autē conquietatur vis animalis spirituali ac naturali durantibus , quod per pulsū patet, inspirationem ac digestionē. In somno deniq; digestio fit & leuior ac melior, nam spiritu naturali ad interiora reuocato,& minus extero sensui deseruiente , toto folle negotium peragit. Quod contra fit in vigilanti bus,nam tunc vndiq; dissipatur,& minus concoctioni deseruit . Vnde & somnum & vigiliam opposita esse ē diametro perspectum est: circa enim vnam candemq; partem,sensituum nempe,fiunt,vicissitudinaria reditione tamen.Omni autē animanti necessarius est somnus, idq; salutis gratia . Hinc nobis à natura nox propter soporem concessa : quum omnia furuis tenebris terræ umbra obducta visuntur, & alta quies defatigata diu membra recreat. Vigilat & soporatur quodāmodo cœli aspectus,ac totius huius mundi facies,quando residenti Sol vultu omnia colluстрat ,& blanda luce quæcunq; tetrica abstergit ac delet. Rursum vbi statum diei cursum absoluit,& relictis montibus conditur,tum est cernere,quām dies nocti præstet,in qua populantur ac diripiunt fures videlicet lucifugæ & deprehendi metuentes. Verum tamē ne rerum Natura parens,aut ipse summus conditor DEVS cessator dicteretur,quām digna compensatione cōmuniuit ac conuestiit suam regiam,dum noctu furtiva ac aliena luce nitentem Phœben producit in orbem,vt aliqua lu

## DE MEDENDI MODO

ce saltē eum veluti perstringeret: deniq; illos lucentes stellarū globos quis nō miretur? quis illam cœlestem musicam non animo cōspiciat, vbi tot sunt implexibiles circuli, tot huc illuc torte ac distorte stellarū viæ? & tamen in eundem consensum & concentū redeuntes Encyclopædian suam absoluunt, Deo prouisore, vt nō altera alteri incōmodet, sed cedat & viā facessat, hoc sydere tardius meāte, illo alterius sœ uitiam frangēte. Ad huius mūdi igitur formā creato homine, quid præstare par erat, nisi vt suo archetypo q̄ posset cōcinniter responderet, & faceret illud Catonianū hemistichion Somno ne deditus esset. At iam quò euasimus oro, vt rebus cōmutatis scilicet postremū Syllænum agamus. Interdiu quiescit, & ad noctis exortum candelis adluculamur, noctuis similes, quibus die hebetatur vi-sus, in tenebris volitant. Quin discusso graui veterno aliquid dignum exhibemus, quo nos tandem vixisse constet, nec in altum Endymionis somnum prolapsi, vitam hanc finamus præterlabi, & absq; fructu effici. Non enim ad pecorum rationem constat nos conditos, quæ ventri obedientia magis facta visuntur, quām ad virtutes homini peculiariter tributas; Os homini sublime dedit, cœlumq; videre iussit, & æternos ad sidera tollere vultus. Ad quid? Vt illic animo figeretur, quo tota nostra intentio reuolui debet. Igitur letheū fluum transauimus, vt exorta memoria pugna aduersus obliuionem vigilaremus, & coronā occasione necdum calua præripemus. Est enim quædam reminiscencia, & memoria restitutio, non amissio, quum aut salutis monemur, aut virtutibus incumbere necessum est; vt est videre apud Platonem. Sed vt semel tam  
ver

verbosam adhortationem absoluam, quę non in aliud datur, quām vt excusso sopore, & nos non dormitasse cognoscant, qui hæc legent, & ipsi ad cætera magis accincti properent. Est itaq; Somnus (doctore Aristotele) quædam sentiendi impotentia, alimenti vaporibus in cerebo refrigeratis, interno multo calore ad cor reuocato & reciprocato. Huic contrarium vigilia. Verum vt in præcedentibus dictum est, spiritus animales in somno iacere, ita nunc in vigilia stare dicimus. Vnde & vigilia est libera spiritus per organa cuagatio, animans virtutes corporeas, & veluti quodam æstro extimulans: suam vim exerens, non sinit hominem interquiescere, sed propellit vt aut operetur, aut meditetur, aut aliquid licet friuolū & inane tractet. Accidit propter ignis calorē, qui spiritui mistus in suum abit vigorē: quibus parce, parciter: quibus subtilis, exacte: sicut accidit in melancholicis, qui ingenio sunt & memoria subtilioribus, ac proinde igneam vim maiorē babent, nisi per ætatem ab hac destituti fuerint. Hi spiritu naturali & igne concorporato spiritui, accensi, nimirum rarius in soporem feruntur, nisi aliqua arte ac antidoto eis succurratur. Vigiliæ autem secundum naturam (quanquād adurent atq; corpus exiccent, si modum excesserint) frigus opacum interioribus inferūt, quia calore ad exteriora tendēte, interiora frigoribus refrigerantur. Concordant igitur vigiliæ moderatæ laboribus itidem moderatis, vt altero alteri succenturiante in suo tenore homo constet. Quies etiā, de qua prius, est, quum ab anxiō labore cessatur. Vt enim motu & exercitio conseruatur natura, ita & quiete superinducta veluti innouatur, & recreatiō exit, quasi summa

## DE MEDENDI MODO

ma operis pro tempore completa. Quicquid enim nimirum intenditur quēadmodū noxam inducit haud leuem, ita durabile non est, vt testatur ingeniosus poëta dicens: Quod caret alterna requie, durabile non est. Quicquid ad centrum accommodatur, summi pars est negotii. Non potest quidquām subito absolui, nisi per detentim incedatur ad perfectionē. Nam quies exercitio opposita, veluti nobilior est, & consummati operis merces. Proinde quod perfectius est, ad id quodam modo cum labore, sed tamen intermedia requie, properandum. At alia est spiritualis, alia corporea: quarū utramq; nisi medium seruet, ad interitum hominē adigit. Aliquando tamen est nimium veterosa quies, & malorum humorū conciliatrix, corruptioni proxima, exemplo stagnantis aquæ, & ad corruptionem inclinationis: aut exemplo ferramenti alicuius, quod nimia cessatione rubigine exeditur. Hæc de somno & vigilia quæ cæteris rebus præter naturam appellatis, attribui possunt, imò debent.

Tres sunt res apud medicos:  
Naturales,  
Præter naturā, Cōtra naturam.

- \*In quoconq; morbo somnus laborem adfert, letalis est: at ubi iuuat, letalis non est. Sen. 1. par. 2. Apho.
- \*Vbi somnus delirium tollit, bene est. Sen. 2. par. 2.
- \*Somnus aut vigilia si alterutrum modum exceperit, malo est. Sen. 3. par. 2. Apho.
- \*In febribus si pauores per somnum &c. vt supra, capite de febrib. Sen. 28. par. 4. Apho.
- \*Si per somnū sudoris copia sine causa manifesta cœnit, vsus cibi plenioris significatur: sed si non per somnum id accidit, inanitione corpus egere significatur. Hip. Sen. 41. par. 4. Apho.
- \*Cum libuerit vt veratrū amplius ducat corpus mortuo

uetō, contrā cūm sistendum censueris somnum moli-  
tor, nec quicquām moueto. Sen. 15. par. 4. Apho.

\*Eum qui veratrū biberit ad corporis motiones, ma-  
gis ad somnos, quietesq; minus ducito. Motione cor-  
pus turbari, indicio est nauigatio. Sen. 14. par. 4. Apho.

\*Ab insomnia conuulsio aut mentis commotio, malo  
est. Hip. Sen. 20. par. 7. Apho.

\*In omni corporis motu cum fatigari incipit, cessasse  
protinus lassitudinis leuatio est. Sen. 48. par. 2. Apho.

### De Attonitione, & morbo comitali. Cap.X.

**C**mplura esse cerebri mala, quæ nō vñq; adeo ob-  
uiæ sunt cognitionis, quotidianus edocet euētus,  
necnon autorum scripta posteritati relictæ planè com-  
monstrant. Quorum omnium succinctam breuemq;  
declarationem scribere aggredior, à morborū omniū  
acutissimo attonitione scilicet sumēs exordium. Dici-  
tur autem Attonitio (quem alii stuporem attonitum,  
Cræci ἀτόπλαγχιαν) vniuersi corporis sensus & motus abla-  
tio, ob cerebri neruorum omnium principii, eorumq;  
meatuum affectionem. Qui meatus succo vñscido ocio  
so spisso ac suffrigido pituitaceo scilicet, idq; quāmplu-  
rimum, aliis etiam interim humoribus corruptis im-  
plentur. Euenit & aliquando ob frigidam affectionē  
vias stringentē principes. In omni namq; neruoso-  
rum corporum affectu, certum est eorum lædi princí-  
pium, Cerebrum neruis faciei patientibus: spinam ve-  
rò cui cerebrum vim transmittit animalem, neruis læ-  
sis capiti subiacentibus qui sani sentiendi atq; adeò mo-  
uendi facultatē corpori suggerunt. Huius namq; mali  
multæ sunt species, secundum magis ac minus dissidē-  
tes. Nam noxæ spirationis vehementia attonitionis

Vt luna lu-  
celucēsalie  
na, lumen  
mutuat a  
Sole, sic spi-  
nalis me-  
dulla facul-  
tatē anima-  
lema cere-  
bro dicit.

## DE MEDENDI MODO

magnitudinem ostendit. Illi contrarium contrà succi  
verò quantitas, ac causæ coniunctæ dispositio, hæc pa-  
rit. A Sopore & obliuiariorum differt attonitio, nam hæc  
subito, illa paulatim inuadunt: hanc præcedunt verti-  
go, scotomia, capitis grauedo: horum nullum illa an-  
teit quæ nec spiramenti vllam admittunt læsionem,  
attonus morbus maximè. In sopore anterior venter  
cerebri impletur, quo vacuato sanitas magna ex parte  
sequitur. In attonitione maximè medius, anteriore ve-  
rò ventre & posteriore nocuum etiam succum conti-  
nentibus. Posterior vero tantummodo oppletur in Cata-  
lepsi, in qua palpebræ manent aperte, in sopore minus.  
A syncopa vero attonitionis hoc solet sumi discrimē,  
nam in illa facies mortui faciei haud absimilis est: in  
attonitione minimè, in qua ut dictum est, auferuntur  
sensus & motus. Facultas enim animalis tunc retine-  
tur, nec ut consueuit, neruis capiti substitutis influere  
potest: hinc spirationis (motu nempe virtute ablata)  
destructio, hocq; in non forti. In vehementi vero at-  
tonitione actio spirandi subito aufertur, nec non cor-  
di obtruditur noxa, vnde mox irremediabilem indu-  
cit læsionē, statimq; à spumæ ex ore scaturigine homi-  
nem iugulat. Nihil ergo miri, si hic morbus qui senes  
communiter præhendit, internitionē frequenter in-  
ducat, spirationis scilicet ablatione admonente. Non  
fortis verò attonitio, si discutiatur, in aliam abit ægri-  
tudinem, communiter verò in neruorum molliciem  
terminatur. Vidimus tamen eam in pulmoniam ab-  
euntem, qua postea æger iugulatus confectusq; est, na-  
tura nempe medicaminū imperio non auscultante, ab  
attonitione iam fere è medio sublata; attamen ab hac  
resp.

## LIBER SECUNDVS. Fo.46

respirans decem dierum spatio superuixit. Verum nec  
abfuit Veneris sandalii calumniator, qui omnia in se-  
ciorē partē interpretatus, meā conatus est tradu-  
cere industriā. Iussimus enim exhiberi clystere vnum  
& alterū, q̄ indicabā hoc summopere expedire ægro-  
to. At hoc ille in calutnīandi ansam reiiciens culpa-  
bat, & illis hominem perditum iri vociferabatur, nō  
secum interim expendēs, in eo morbi duello & confli-  
ctatione nullum medicamentū conducibilius, tota li-  
cet plebeia phalange reclamante, sed frustra. Putant  
enim nihil vñq̄ deterius aut postremius dari à medi-  
co, & quasi om̄is spes sit adempta salutis, ad triarios re-  
cidisse. Sed non tantæ autoritatis plebem ducimus, vt  
nō refragari possimus: & Plin. Cecilius dixisse fertur,  
tum pessimè dictum ab oratore, quum maximè illi sit  
applausum: videlicet præclarè. In multitudine enī in-  
certum vacillat iudicium. At qui Lælii scribunt, aut  
Persiis, hos instar multitudinis computāt. Nos autem  
primas clysteri adscribimus, vtpote nobiliori, minusq;  
adulterato, atq; corpori minimè officienti: tantū abest  
vt mollitiem subinducat neruorum. Cui opinioni & si  
non placet accedere plerisq; ego eadē parte me tueor  
qua illi defensari gaudent. Qua inquam? Autoritate  
plebis, licet alicubi rudis ac cæxutientis, at hic ob com-  
modi præsentia sapientis: nā & Italica, & Hispanica, &  
Gallica gens assentitur, quæ capitis aut alterius mem-  
bri noxam sentiens, mox ad clystere auxiliares manus  
protendit. Sed his frustra in tenebris micantibus, &  
præter rationem oblatrantib. facile condonamus. Fal-  
luntur enim iudicio magis ac ratione, q̄ maliciose in-  
sectatur. At plus me mouet medici cuiusdā (non tecū

Petr⁹ Pau-  
lus, faber  
gandēsis.

## DE MEDENDI MODO

Nō me fu<sup>r</sup> iam ago Note) censoriā virgulam exerentis coaxatio  
git Notum  
ī morbo at  
tonito sub  
iecisse cly-  
sterē ex so-  
la Cassia.

aut garrula lingua, qui me vt populo propinet deridē  
dum, imperitiā impingit, ac hominē exanguem, quia  
sanguinem partis non detraximus aduersitæ. At cū hoc  
paulisper otium hoc qualecūq; transigamus, vt minus  
otiosi cum eo simus. Hic meus attonitus, quem restitu-  
tum auebamus, colore buxeo seu pallido tinctam ha-  
bebat faciē, (at profectò apopleticus dixisse oportuit,  
hic fortasse terminus familiarior arrisisset, ò columē  
medicæ rei) non' ne conducibilius fuerat vel Galeno  
doctore, initio subiicere clysteriū, idq; fortius, siquidē  
à membro altiore detrahēda materia erat, ex felle ter-  
ræ (heus cui hoc nomen coloquintida dixisse oportuit)  
veratro (Græci helleboron) & ex his similibus concin-  
natum. Quis eat inficias? Sed tu. Nunquid præstabat  
secuisse venam? Respondeo, Galeno mihi ansam præ-  
bente: Nequaquam. quod hac ratione assevero: non  
enim ex sanguinis immoderata quantitate attonitus  
redditus erat, sed ex pituitæ, quam tu Graius imò Bar-  
barus flegma dixeris, abundantia, vt postea vomitione  
screatione q; cōtinua patuit: tum color faciei obductus  
facilè diuinandum reliquit, qua necessitante materia,  
minimè gentium sanguis imminuendus est. Nec apud  
te tam imperitus videri cupiam, qui etiamnū ferulis  
magistrorum manum subduxi, nec frustrà medicinæ  
adyta penetraui, vt opinor, vt putas me fugere, in at-  
tonitione sanguinea seu bilaria principio in plærisq;  
locis sanguinem esse detrahendum, idq; euentationis  
ac auersionis gratia. In pituitacea verò alia auersionis  
habemus genera & notiones, ligacula scilicet doloro-  
sa, fricationes, punctiones, & id genus similia, quæ vt  
fact

facta voluimus ac iussimus, ita minimè te latuit, licet  
dissimiles. At nihil ita nigrum Theta præfixum à te  
scrutat, vt hoc ipsum quòd sanguinem reliquimus suę  
sed: quū nullus tamen sit aliorum eruditiorū, quin po-  
tius si facta fuisset sanguinis detractio, expuiti erant  
meam inscitiam: tu verò contra Galeni placita omis-  
sa calumniaris. Ita sus Mineruam, vt est in proverb.  
Licet tu tibi magnus Apollo nō vocatus ad consilium  
ægrotū visitaueris: quod ipsum licet laudem factum,  
consilium tamen consecutū non probo: iusseras enim  
sale trito ac sapa confectū emplastrum, plantis pedum  
applicari. Quod q̄ sit periculosum, experimentū & si  
alioqui semp fallax dicat Hippocrates, te docuit: vt inā  
Peritior redditus. At tūc de phlebothomia ne mu qui  
dem vllum, nulla mentio. Quis enim humorē illum  
pituitaceū in cerebro contentum, venæ sectione discu-  
ti, aut auerti posse putaret? Profectò neminem credo  
tam emotæ mentis, neq; adeò te ipsum huius sententię  
suffragatorem opinor. Sed illa tua gloriola tibi impo-  
suit, & merus φλαυτός ex aliorum suggillatione crescere  
captabas, imò me depresso gestiebas, vt tu in την ριας (ne  
scio qua) πέτρας emergens, nec aliter q̄ Neptunus ex suo  
pelago victoriosum erigeres caput, quem tamen ne di-  
gitulo quidē ləſi vnquam, aut verbo laceſſiui. Quare  
a maledicendi libidine cessa, ne vbi dixeris quæ voles,  
audias itidem quæ nolis. Meam medendi rationem li-  
beram mihi adfero, in qua si quid erroris est, aut alia  
via incedo q̄ cætera medicorum cohors, non tu in po-  
pulo indocili ac rudi id proclames, sed apud eruditio-  
res reuincere gaudeas; hic rodus, hic saltus. Quòd si  
cuiq; relinquitur liberum, quid potissimū in sua pro-  
fessi

## DE MEDENDI MODO

fectione sequatur quisq; qui rū tibi à cæterorum ordine  
semouear, quū exemplo Romanensiū, aut Francorum  
aut Italorum medicorum mutuarim hoc consilium,  
qui non semp ad tuum præscriptum accōmodari vel-  
lent, etiam si vrgeres: at sibi integrum existimarent,  
rationis discussu rem moliri, prout eis rectum videre  
tur. Quot homines, tot sententiae. Quod medicorum  
est, tractant medici: diuersa incedunt via, sed exitus  
vnus: & tota intētio est, vt ægrum sanitati restituāt.  
Iam de Comitiali agamus morbo, quē alii caducum  
dicunt: alii lunaticum, quòd Luna augmēta capiente  
aut decrescente, hic morbus aut vires eundo suscipit,  
aut redeundo remittit, Græci ἐπαντίαν dicunt, Hippocra-  
tes Herculeū vocat ac sacrum, lib. de fœminarū morb.  
Iisdem ex causis hic oritur ex qbus attonitio, eodemq;  
in loco. Vnde antiqua inoleuit consuetudo priscorum  
minorem eam appellitare attonitionē, quandoquidē  
vt dictum est, & viciatam sedem sibi eandem seruat, &  
succo eodem quo attonitio nutritur in malum. Verū  
tamen morbus attonitus ob pariformem facultatis ani-  
malis priuationem consistit: in morbo verò comitiali  
motus nō aufertur, at solū degenerat, atq; adeò vicia-  
tur: siquidem hoc morbo hominē inuadente, corpus  
motatur, sed ordine disturbato: in illo verò minime,  
sed iacet immobile ac rigidum. Tum ab atrabile dis-  
sidet: quia huius materia semper atrabiliaria cerebri  
substantiā infestat: In comitialibus verò, qui ex quo-  
uis humore generari possunt, iam proprie, iam per con-  
fensem, ventriculi cerebri infestantur. Dicitur deniq;  
comitialis fortis & remissus, quemadmodum attoni-  
tio, qui iisdem distinguuntur accidentibus, videlicet

Præter ho-  
mines sole  
coturnices  
comitiale  
sentiunt.

spu

spumę ex ore scaturigine, seminis inuoluntaria discusione, alui inuita solutione, lotii spontanea deiectione & his similibus. Hæc comitialis species omnium perniciöfissima ac deterrima, cui manum admoliri qui volet, per me equidem licebit: at ego libens abstineo ab eo, cui remedium auxiliare inuenire nequeo. Galenus libro de affectorum locorū noticia, morbum comitiale inter attonitionem & soporem, medium dicit tenere. Iam Hippocratem de vtroq; audiamus.  
 \*Stupores attoniti potissimum veniunt à quadragesimo ad sexagesimum annum. Sen. 57. par. 6. Apho.  
 \*Stupor attonitus vehemēs, solui non potest: lenis verò non de facili. Sen. 4. par. 2. Apho.

\*Qui strangulantur & exoluūtur citra mortem, si ore spumant, non reficiuntur. Sen. 43. par. 2. Apho.  
 \*Qui morbo comitiali laborat, si iuuenis est, liberari potissimum mutatione ætatis, loci, & victus munere potest. Hip. Sen. 45. par. 2. Apho.  
 \*Comitiales quibus ante pubertatem accident, mutationem recipiunt: quibus anno viceximo quinto, comoriuntur. Hip. Sen. 7. par. 5. Apho.

### De Atrabile. Cap. XI.

P Lus satis in admirationem ducor, dum nonnullorum præposterū iudicium recenseo de cerebri morbis, qui si quis vel maniæ, vel delirii sontico morbo angustetur, aut similibus, de quibus postea huius mali autorem censem cacodæmonem aliquem, qui artus possideat, nec morbum naturalib. causis inductū existimāt. Contrà, sunt alii (nec hoc dicere erubesco, quanquam <sup>τη</sup> ἡροδότες lachrymas nō nihil timeam) qui his malis laborantes, vincos ac virgis immanissimè cæsos, vel ad diuī

## DE MEDENDI MODO

diuum Hubertum, vel Medardum deuehunt, totam sanandi potestatem his tribuentes, vt pote qui morborum talium hos fuisse autores putant: qui nisi certo dierum numero liberentur, inter lectos (vt aiunt) suf focantur, neq; medici auxilium expectatur. Quod q̄ sit absurdum, ne dicam inhumanum, viderint alii. Ego verò haud sum nescius, Deum Opt. Max. intercessiones Sanctorum (quos inuocare pium, semper Christo tamen non posthabito) aliquando exaudire, quibus recuperare ægros sanitatem frequenter contingit. Sed hoc me male habet, quòd res eò deuenerit, vt apud vulgum vix vnuis aut alter habeatur morbus, quē non ceu desuper missum alicui sanctorum adscribat. Nam aquam intercutem sancto Quintino addicit Gallus: maricas Fiacro: morbum caducum vel diuo Ioanni, vel Cornelio, vel Huberto, secundum diuersum & afflictionis & vociferationis modū. Verum si galli cantiunculam singant ægri, equorum hinnitum, canum vululatum, ranarum querimonias, imò posterioris partis si velis crepitum, vt melancholici frequenter solent, cui hoc addicet. Profectò hos esse morbos medicos, ignorare credimus neminem, quem rationes physice fecere peritum, qui nequaquam emendicata pecunia, vt ille aiebat, curari volunt, quos deniq; ante sanctorum nativitatem extitisse medicorum scripta testantur. Qua de re non falsò quispiam opinatur, meo certe iudicio, qui hanc vulgi opinionem ex veterum superstitionibus ortam esse dicit: quippe hi pro furore auertendo Diana, pro angina verò propellenda Angeronę simulachro sacra facere adsolebāt, quòd ab iis has immissas putarent pestes, & veri Dei maiestatem (qui

(qui vtinam vbiq; syncerè coleretur) iniquissimè respuētes, spurcissima simulachra pro diis habebāt, qui bus in aduersis sacrificare solebant: in prosperitate vero (vnde omnis & hoc nostro sāculo errorum nascitur luxuria, necnon aduersum verum Deum impie-  
tas) negligebāt. O cæcitas humana, imò bestialitas. Verum vt interim propter iniquitatem temporum omit tamus, quæ deinceps nigro calculo notari poterant, cæ tera prosequamur, quæ huius capitatis sunt propria. Dicimus ergo hos esse morbos naturæ vacillantis errore inductos, quod ex subsequentibus manifestè patebit, quum corum causæ & rationes ostendentur. De Melancholia igitur incipiamus. Melancholia Græcè, Latine atrabilis (non ea quæ à generatione innata est) dicitur cogitationum immutatio, à modo aberrans naturali, ad timorem, maliciam aut corruptionem deficiens. Huius præcipua causa semper atra bilis est, per cerebri corpus substantiale sparsa, quæ animalem facultatem reddit sylvestrem quodammodo, ferinam & timidam. Qui quandoq; solius cerebri est possessor, aliis mēbris capiti subiectis illæsis manētibus. Aliquando vbi vniuersum corpus hoc humore infectū est, aut aliqua pars contagiu hoc ppetitur, sensim ac cum

Lubet hic recitare Di onysijcuius dam cognomento nau let, nescio an dicere debeā vesaniā potius, an vecordi am: Homo certe est ad modū deliri ingenij. Hic cum a paucis mē fib⁹ a graui dormitatiōne penelī berat⁹ esset vrpote vi morbi congetata, moramē tamē pfecte recuperādē sanitatis im patiētor forte q̄ tales decebat ætatē, nostrū respuebat & consiliū & auxiliū. Sed qd: Matronarū sui plane ingenij Synodus aduocari iussit, a qua negotiū suū serio scilicet agi gra uiterq; tractari cupiebat, inuestigariq; quo potissimum remedio hec lues ex integrō ppullari queat. Post longas itaq; cōsultatiōes, ac mulierib[us] sane disputatiōes, sedulo expēsa re:tota sanitatis summa diuo Christophoro apud Gaudū ascripta est, proindeq; hunc visere, ei demq; sacra facere votum, hoc tamen cultu. Scilicet. Ex hoc matronarū conuentu septem deputatae viduæ sunt, q̄ Christophorū p̄ egri sanitate recuperāda viserēt: Hisq; imperatū, ne quicq; in itinere loquerētur, aut mutuo se cōpellaret, solisq; mīmis emēdicaret eius diei alimonīa, nec minus pecuniā, p̄ soluēdo sacro ibidē ante ditū celebrando. Sic hūc velle coli effutiūt. In hūc igitur modū ab his matronis suscepta est peregrinatio, sese itineri accinxerunt, mēdicatum est, emēdicatūq; ventū ad

## DE MEDENDI MODO

acta. At ubi domū reuerterent̄, forte fortua tempore ad cerebū deuenia harū laterculo in quem pede impegerat offensa , clara voce deū Priapum inuocabat (quemadmodū hoc genus ad id p̄pensius esse t̄x, virginum aut sterilium solet) laterculo p̄cans nescio quid mali, ad loquendū cæteras puocabat: hac scelerata itaq̄ interpellatiōe infraclū est silentiū. Tandē latiss corporibus ad ægrū ventū est, quē durius laborant̄ q̄ prius reperiebat: quæstra huius est causa, quā coitus matronarū ruris cōuocatus, silentiū nō obseruatum esse asseuerabat, atq̄ incommodum his quibus & mitti debere ex vnico tantū marito viduas q̄ purā semper castāq̄ vitā vixissent. Quas quia inuenire nequierūt, à voto subinde peregrī natione abstentū est. Sic miser ille imo infanitus aim quasi despōndēs, perdita opera & aurē dormiente, sanatus est. Nec mirū arbitror, si tales multi reperiāntur, q̄ ob vota vel temere ac sinistre suscep̄ta nonnunq̄ palino- diā canere cogant̄. Sed de hoc profusius alibi. Interim vos oratos velim, vt a tam temera- rīs aut potius profanis diuorū illusionib⁹ ab- stitudine plena, cum imagi- natione infecta & corrupta, in sc̄la Am

iam propter nigrā coleram nō adustā, cuius sicut & pituitæ, multa est diuersitas, quæ cœnum apparet sanguinis: aliquādo ex sanguine vel flaua bile adustis, in atram bilem mutatis, generatur . Leprosi quum corū corpus atrabilis contineat copiam, quare non semper sint melancholici , aliis iam discutiendum relinquunt. Cæterum, est hic morbus vehemēs & portabilis, cuius discrimina callere , accidentium seu symptomatum condicōnes præstant.

\*Atrabilariis morbis in pericula hæc decumbit, stuporem corporis, aut conuulsionem, aut furorem indi- cant, aut cæcitatem. Hip. Sen. 56. par. 6. Apho.

Atra

\*Atrabilios plenius infra, eadem ratione cætera adferes. Hip. Sen. 9. par. 4. Apho.

\*Viciis atrabilis & renum, si mariscæ superuenerint, bene erit. Hip. Sen. 11. par. 6. Apho.

\*Si mœstitia & metus longo tempore tenent atrabilis in vicio est. Hip. Sen. 23. par. 6. Apho.

De Delirio & insania. Cap.XII.

**N**escio profectò, quid deplorem hominis conditionem tot discriminibus obiecti, dum in hanc lucem prodit. A fletu vitam auspicatur, & in humum nullis adminiculis fultus repens, ni aliena manu leuetur, in suis inuolumētis pereat necesse est, cōtra alio rum amantium rationem: quæ vt in hunc solem prodier, sese morigera reddunt, mox ad maximè salutarem opem conuersa cibum quæritant, alimenta suspirant, & in vitam gestiunt: Contrà, homini grauis animi sopor, & oculorum acies confusa, cupienti magis ad abdita antra reuerti, quam in lucem hanc oculos intēdere. Quid recitem educationem, pericula, timores, temeritatem: quorum quodlibet, ni manus diuina protegeret, posset perdere. Quot infirmitatibus obiicitur? quot fortunæ meandris rotatur? Ac demum ubi hanc vitam immensis vorticibus plenam decucurrit, aut sibi exoculatam illam deam nouercam passus est, aut in quodlibet omen aduersum concidit, ad insaniam totus dilabitur, videlicet à naturali suo statu in cum conuersus, qui plerumq; ab humanitate omni alienus sit. Inter quos insanios oro computes? omnia in contrarium illis vertuntur: non meminerūt honestatis, amicitiae non fautores sed ofores facti, parentes, vxores, filios, cognatos, vicinos adeò non prosequuntur amore,

Absit ut q̄  
piā me dī  
uinorū ope  
rū reprehē  
forē dicat,  
aut opinet,  
q̄ solū cor  
poris hūas  
ni demons  
stro fragili  
tatem.

## DE MEDENDI MODO

ut magis etiam oderint. Iam Hipp. vinculis constringēdi adiiciuntur, ac medici salutares ita manus non admittunt ut etiam morsu rabido infectentur. Quis obsecro conditionem suam discussiens non pudescat, non in se se descendat, excutiens saccum eō cōcōlo descendētem. Nosce teipsum diuite gaza tunientem. At fortasse non omnibus hoc malum contingit: at sanè contingere potuit, nam eisdē sumus fortunæ ludibriis expositi, licet in plāerosq; sit casus. Ita nos metiri conuenit, quasi quod alteri obtigit, nobis contingere potuerit. Sit timor omnibus communis, securitas nulli. At nunc paucis de delirio, quod alii desipientiam, Græci φρεδιν appellant. Accidit sanè ob facultatis cogitatiæ læsionem cerebro, eiusq; mediastino, anticoq; ventriculis succum iam calidū, iam frigidum continentibus: purulentum nempe apostema, in his cogentem locis iam proprie, aliquando verò alio consentiente viscere vtcunq; affecto. Verū ubi apostema simul in ipsa cerebri substantia generatur, tum pessima est ægritudo, & curatu difficultima. Cerebrum tamen hoc in morbo, quocūq; in loco existat, raro lædi facilè intelligere est, quando scilicet, ventriculi afficiuntur, nam tunc cerebrum illæsum seruatur. Aliquādo ediuerso, cerebrum afficitur, ventriculis integra sanitate durantib. quantum scilicet in se est. Signa velle enunciare, superuaneci esset laboris, & omnibus notiora sunt, quam ut hic citentur. Hoc tamen morbo laborantibus, visifica virtus vacillat, cogitatione nonnunquam admodum exiguum patiente noxam. Monstrificū hoc apostema Galenum etiamnū puerum febre anhelantem, ac Sole Leonē obtainente, molestabat; nec minus Theophilū.

Acci

Etiā septo  
transuerso  
vulnerato  
aut inflam-  
mato hoc  
nasci malū  
veteres p,  
diderunt.  
Quod idē  
sic affectū  
alui substa-  
re cogit.

Accidit deniq; vt cogitatione extremè læsa, cernendi facultas sana conspicatur: Imò verò & videndi virtus aliquando atq; cogitandi simul, noxam sentiunt profecto haud leuem. Hæchius mali species et si aliis molestior incumbit, reliquæ tamen haud citra graue discri men discrutiāt. Verum et si prius signa enarrare super vacaneum fore diximus, tamen quia in hac re medio scribus hæc etiam nostra scripsimus, auguria huius malii non subticenda duximus. Sunt igitur vigiliae prolixiores, somnus concisior, & perturbatus, ac monstruosus speculationibus imò intomniis distractus, in cuius initio febris continua oboritur. Capitis, oculorumq; grauedo, aut mobilis versatio, manuum in aliquibus dissoluta iactitatio, modo ridetur, modo gemitur, modo cantillatur, modo os componitur, pullus velocius & impediti, capitis etiam dolor, & luminis fuga, lingua verò vel nigra, vel citrina, cum intellectus peregrinitate. Hæc delirii sunt indicia, ne penitus siluisse dicamus. Est & aliud cerebri incommodum, quod maniæ proximat, ab hoc priore non multum abludens: in eo solo à delirio disparatū, vt modernis visum est, quod hoc febrem vel comitatur, vel consequitur: illa verò citra febrium sauitiam cerebrum molestia afficit. In utroq; supremæ facultatis peruersus ac alienus est motus à cerebri intemperie, aut ob succos ipsum occupantes, ortum sumēs. Iam in propatulo est, cuiuis rectum sapienti, quid germanitatis sibi mutuæ conciliarint, cum nulla ferme ratione qua curationem diuersam moliri oporteat distinguātur, nec vlla à me inter hæc vicia differentia inuenitur.

\*In capitib; istib; stupor, aut mentis cōmotio, malo est. SE, 15, 27.

Ab

## DE MEDENDI MODO

- \*Ab insomnia, ut prius de somno. Sen. 19. par. 7. Apha.
- \*Ab ossis præcisione stupor aut delirium incidet, si partem inanem præhendat. Sen. 25. par. 7. Apha.
- \*Vbi somnus delirium tollit, bene est. Sen. 2. par. 2.
- \*Quibus vrina cādida perlucida emittitur, malo est, deliris potissimum euenit. Sen. 72. par. 4. Apha.
- \*Qui per ardores contremiscunt, ut prius de febribus. Sen. 26. par. 6. Apha.
- \*Deliria quæ cū risu accidunt, tutiora sunt quām quæ serio. Sen. 53. par. 6. Apha.
- \*Ab insania difficultas intestinorum, aut aqua intercutem, aut mentis alienatio, bono est. Sen. 5. par. 7.
- \*Ex multa potionē rigor, aut deliriū, malo est. S. 9. p. 7.
- \*A sanguinis profusione mentis commotio, aut conuulsio, malo est. Sen. 16. par. 7. Apha.
- \*A pulmonia delirium, malo est. Sen. 13. par. 7. Apha.
- \*Si varices aut mariscæ infanienti superuenerint, insania soluetur. Hip. Sen. 21. par. 6. Apha.

## De Obliuiario. Cap. XIII.

**D**Euenimus tandem ad obliuionis poculum, veluti lupi ceruarii parum de prædictis solliciti. At forte aliquis submonitor vellicabit nobis aurem, & lethargum impinget: sed speramus potiora. Cerebri igitur pars postica ventrē conseruat, in quo doliolo memoriam versari volūt omnes, dempto Archigene, qui animæ vim peculiarem in corde recondens, memoriam inibi collocat. At mirandum sanè, quòd memoria læsa medicamen cerebro adfert, scilicet dolent tibiae & medicina brachio adhibetur. Superuacuum igitur videtur, in suis voluminibus de topicis remediis fecisse mentionem. Verum huius errore valefacto, dicimus memo-

memoriam aliquando debilitari, aliquādo ex toto au  
ferri, hoc Græci ~~ληθαργίαν~~ vocant, Latini obliuionem.  
Est autem lethargus rerum obliuio, propter humores  
pituitaceos in cerebri posteriore ventriculo cōgestos,  
sonnum, obliuionem, & motus paucitatem inducens.  
Ex pituita eaq; crassissima oritur imprimis his, qui  
magnam quantitatē piscium frequenter vorarunt, ac  
parum mouentur, sed eidem loco semper affixi instar  
spōgię in solitudine & ocio inertem vitam agunt atq;  
ignobilem, hyemis maximè tempestate. In his ratioci  
nandi facultas haud exiguam subit noxam. Solet eius-  
modi homines etiam febris appræhendere, cum qua  
dum iniquo marte diutius luctantur, quę prius memo-  
riæ commendarant, in aures euanescunt, vel in paludē  
infernalem demerguntur. Nouimus quendam in Fran-  
cia adultiorem, qui præter vulgarem & vernaculam  
linguam etiam Latinā sanus sonaret, cum magna eru-  
ditione, caneret fistula, ac quendam agens pancrati-  
asten vibraret hastam, concurreret lanceis, ac demum  
obliuiario morbo occupatus, vbi medici auxilio cura-  
tus, rediisset ad sese, prædictorum omnium posuit no-  
ticiā, nec secus q̄ si letheum totum hausisset fontem.  
Nam quod prius ritè nouerat, iam ne communi qui-  
dem nomine compellare sciuit, nec aliter ac puer ele-  
mentarius ad ludum literarium discendi gratia trans-  
missus est. Solet hoc incommodum in ætatem vergen-  
tes magis apprehendere, quam vegetos ac succulen-  
tos adhuc.

\* Qui hanc excesserunt ætatem. &c. vt prius de mor-  
bo. Hip. Sen. 30. par. 3. Apho.

De Nervorum affectib. & primo de eorum

dolo

Hunc fon-  
tē in afriča  
aiūt. Luca.  
dī: Quā iu-  
x̄a Lethes  
tacitus pla-  
bitur ānis,  
Infernivt  
fama tra-  
hens obli-  
via venis.

## DE MEDENDI MODO

dolor, cōuulsione, & singultu. Cap. XIII.

**A** Pud plærosq; fuit opinio, sed inualida, principiū scilicet neruorum Cor esse. Cui sententiae refra gamur. Omnes enim nerui à cerebro protenduntur & initia sumunt, ii præcipue qui capitis muniis seruiunt: reliqui à nucha quam à cerebro vires sugere diximus deriuantur. Omniū tamen natura frigida exanguis è seminoso coagulo cōcinnata. Diuerso tamen modo se habent: nam hi duri, illi duriores, molles alii. Omnes tamen mouendi & sentiendi instrumenta existimātur. Quorum vel alterum, aliquando vtrumq; vel dimi nuitur, vel ex toto aboletur. At horum malorū omniū primū est dolor, qui his solis accidit infestior, quippe qui soli sentiant: cæteris verò membris sensum porri gentes. In circuitu verò neruorum est humiditas viscosa, eos in suo statu conseruans: quibus læsis aut præscisis, non coalescunt rursum, nec in pristinum redeunt. Notum igitur à cerebro, non à corde, neruum principium sumere, ac ab eo sensibilem vim habens, aliis veluti dotatim sensus assignat. Dum nerui dolore afficiuntur, veluti in aliis morbis, iam proprie, iam verò per consensum fit, quod hoc docetur exemplo.

**SIMON BETHS.** Nuper admodum apud Gandauos, vir non ignobilis prognatus genere, ab diuersorum locorum abscessibus nostro curatus ( citra arrogantiam ) auxilio : quorum alter in iocinoris concauio, alter in vasis seminosis, ter tius verò in ore ventriculi continebatur, nec horū aliquis sine febre . Hic igitur diutino malo colluctans, languidus ac flaccescens multa inedia vitam exigens, nihil ciborum insumere constantia fuit . Coniicendum erat perspicue, huic purgationē necessariam, idq;

Hippo

Hippocrate autore. Sic enim vir ille ait \*Si quis à morbo cibum assumens non corroboratur, plus cibi quàm satis fit assumi significatur. Si verò non assumenti ita euenit, euacuatione opus esse sciendum est. Hip. Sen. 8 par. 2. Apho. Consilio nanq; nostro, qui illi purgantis medicamenti sumptionem persuadere conabamur, cō tradicēti ac reluctanti, tantus tamq; immanis brachiorum dolor institit incubuitq; vt motu simul viciato à vociferatiōe nunquām cessaret: tum frustra gemere quod suo maluisset errori obsequi, quàm nostro consilio. Nos verò diligentius perpendentes, quid miseria viri suadebat, animaduertimus non esse neruorū molliciem, quod nimius dolor & quiritanus ægrotus facilè declarabant: nec conuulsionem, siquidem nulla contractio: non articularem, quum iuncturarum postremates nullo afficerentur dolore: sed totus in iuncturarum intersticiis esset interuallisq; contentus. Reptens igitur memoria doloris tum causas, tum species, præterea neruorum sensum, huncq; generatum ex materia spuriæ qualificationis, multis patuit indiciis: quare actutum euaporationes, suffumigationes, sudorum illicia, inunctiones, & id genus dolorum mitigamina, tum neruis, eorumq; principiis admoueri iussimus, quibus dolor aliquādo cedens, qui prius fuerat perpetuus seu continuus ac intensior, iam interpolatus factus cœperat poni ac mitescere, vi medicamentum eius furorem cohibēte: postea tamen tanto eum assaultu recruduit, vt ægrum ad syncopā duceret. Quo animaduerso, venā vtriusq; partis secari iussimus, mediumq; aperiri, qua sanguine emanante decem dierum spacio dolore absidente tandem recidiuauit. Certo

N ergo

## DE MEDENDI MODO

ergo ex his patuit, dolorem hunc nequaquam proprium  
sed per consensum, tum vniuersi corporis, tum praecipue  
venarum immitem succum discutientium in nero-  
rum poros. His accessit lotii caliditatis augurium,  
cum substantia spissa, tum alia complura, quae sanguinem  
peruersae qualitatis in venis contentum argue-  
bant, nimirum ex humore noxio in alto corporis plus  
diu retento spurium redditum, huncque bilarem ad mem-  
bra illa ignobiliora (nam ita natura comparatum est)  
transmissum. Erat enim pars illa tum ad fluxum taliter  
recipiendum paratissima, neruos quadam acrimonia  
mordicantem. Iam liquet, purgationem premiti de-  
buisse, cui aeger vel me persuadere laborante assentiri  
noluit, ut in cunctati posset restitui. Vbi sic occlu-  
duntur oculi ad lucem oblatam, mirum si non aber-  
ratur a scopo. Spreto igitur nostro consilio, ab Empirico  
quodam Alustano miserè deceptus est. Nam membro  
morboso obstupescens medicamen applicuit, ac miti-  
gatum iri dolorē pollicebatur, quo tamen amoto, rur-  
sus violens exactor dolor institit: nec mirū hoc adeo,  
nam stupidum redditum membrum cum sensu mo-  
tum amittit, abiectaque medicamine, ac sensu reuoca-  
to dolor redit, causa scilicet stante coniuncta. At quid  
rem profero? hic tandem sponte facecente dolore,  
post diutinum elapsum tempus, vbi dolor non urge-  
ret voluntario priuatus est motu, scilicet hoc meritum  
retulit ob spretum consilium: quanquam tamen non  
deessent interim, qui clamitarent hominem ad hoc  
incommode ob clysteriorum iniectionem perdu-  
ctum. Per consensum igitur dolorem fieri constat. Sed  
iam ad alia morborum genera neruis incubentia festi-  
nandum

nandum fausto pede. De horum numero est conuul-  
sio, quam Græci ~~παθήσιον~~ dicunt: Et est neruorum ad ori-  
ginem suam, & initium proprium contractio præter  
voluntatem facta: haud aliter quam sardoa herba sa-  
turis contingere solet. Hæc aliquando de repente, ali-  
quando tractu fit temporis. Quarum quædam ex ina-  
nitione, quæ omnium deterrima: quædā ex repletione  
quæ ex humore aut vapore degeneri constat. Frigus  
deniq; extrinsecum, aut frigidæ immodica bibitio, cu-  
muis rei punctura, necnon venenosæ animantis mor-  
sus conuulsionem ingenerat etiam vniuersalem, qua  
in vigore summo existente, aut confirmata spirationē  
auferendo ad internitionem propellit, aliquando par-  
ticularem. Cuiuscerte membro motū habenti volun-  
tarium, conuulsio potest accidere. Cæterū tribus hoc  
malum solet infestare modis: Aut enim pars anterior  
afficitur, quum mētum versus thoracem conuellitur,  
hoc ~~ἐντητότον~~ nominant: aut posterior, quum caput spi-  
nam versus trahitur, sic ~~ἐπιθέτον~~ dicitur. Nec me later  
aliquando vel in dextrum vel leuum latus fieri cōtra-  
ctionem, ac esse, qui hanc afflictionis morbidæ incom-  
moditatem ab dictis iam duabus speciebus dirimant,  
quod non absurdè coniicitur mea quidem sententia.  
Attamen hic hæreo, num tam exacta lateralis contra-  
ctio fieri possit, quin vel ad anteriorē partem vel po-  
steriorē caput magis inflectatur, & ita vel ad hanc,  
vel ad illam reducatur speciem. Quicquid in hanc di-  
sceptatur partem, ut parum ad curæ rationē facit, ita  
neruorum cuiusvis partis originem callere, aut origi-  
nalem vertebrā, necnon humoris si quis fuerit, con-  
ditionem, maximè conductit: siquidem his neglectis

## DE MEDENDI MODO

curationis laudabilem, & ab ægro expectatum finem  
assequi impossibile est. Tertio verò ceruice tensa cor-  
pus ipsum rigidum manet & immotum. Quod malū  
alii distentionem, alii ~~πτωσίαν~~ vocant. Possunt ex prædi-  
ctis speciebus ipsisq; implicitis secundum diuersas cor-  
poris partes compositas effici singiq; ægritudines, vt  
quandoq; nobis visum est. Hinc fit, vt corpus in hoc  
malo appareat nodosum. Insuper certum est, singultū  
esse ventriculi conuulsionem seu eius orificii, ac iisdē  
modis iisdemq; de causis fieri, quibus & alia quævis cō-  
uulsio: imò ab ipsa vomitione, quæ tamen aliquando  
huic malo est remedio. Sed spem hanc pretio non re-  
dimam, vt est in apolo. Hinc tamē distinguitur, si-  
quidem singultus motio leuior, illius verò vehemen-  
tior: tum vomitio discutit quæ in ventriculi recepta-  
culo concaviori cotinentur, per singultum ex reple-  
tione quæ in corporis ventriculi poris latitant.

\*Conuulsio fit vel inanitione vel repletione, similiter  
singultus. Hip. Sen. 39. par. Apho.

\*Conuulsio à veratro letalis est. Sen. 1. par. 5. Apho.

\*Conuulsio à vulnere letalis est. Sen. 2. par. 5. Apho.

\*Sanguinis multæ profusioni conuulsio aut singultus  
superueniens, malo est. Sen. 3. par. 5. Apho.

\*Ex purgatione conuulsio aut singultus superueniens  
malo est. Hip. Sen. 4. par. 5. Apho.

\*Cōuulsio ex medicamēti potionē letalis est. S. 26. p. 7.

\*Ab insomnia cōuulsio &c. vt prius de som. S. 20. par. 7.

\*Per æstus vehementes conuulsio aut distentio malo  
est. Hip. Sen. 14. par. 7. Apho.

\*A Sanguinis profusiōe &c. vt prius de delir. S. 11. par. 7.

\*Si ebrius quispiā obmutuerit conuulsus moritur, nisi  
præ

## LIBER SECUNDVS Fo.55.

præhēsus à febre sit, aut quū ad eam venerit horā qua  
crepala soluitur, facultatē recipiat loquēdi. Sen. 5. p. 5.

\* Qui distētione præhendūtur, intra quartū diem intē  
reunt: si tamē hos euaserint, conualeſcunt. Sen. 6. p. 5.

\* Frigida conuulsiones distentiones liuores rigores fe  
briles. Hip. sen. 17. par. 5. Apho.

\* Qui distentione aut conuulsione tenētur, si accidit  
febris, morbum leuat. Hip. sen. 57. par. 4. Apho.

\* In febrīb. acut. &c. ut prius de febr. Sen. 66. par. 4.

\* Frigida vlceribus mordax est, cutem obdurat, dolorē  
insuperabilē mouet, liuorē trahit, rigores febriles, cō  
uulsiones, distentiones inuehit. Hip. sen. 20. par. 5.

\* Nōnunq̄ per distētiones sine vlcere iuueni bene cor  
porato æstate media frigidē larga perfusio, reuocat ca  
lorem, calor mala hæc tollit. Hip. sen. 21. par. 5.

\* Qui à quartanis capiūtur. vt prius de febr. Sen. 7. p. 5.  
A voluulo vomitus, aut singultus, aut mentis cōmo  
tio, aut conuulſio accidens, malo est. Sen. 12. par. 7.

\* In febrīb. si pauores &c. vt prius de febr. Sen. 67. par. 4.

\* In febrībus spiritus subsistens, malo est: quoniam cō  
uulſionem significat. Sen. 68. par. 4. Apho.

\* Calida suppuratoria vlcerum omnium est summū  
securitatis præstat indicium, cutem mollit extenuat,  
dolorem lenit, conuulsiones distentiones mitigat: ca  
pitis autem grauedinem soluit: Oſſibus fractis plu  
rimum prodest, sed præcipuè iis quæ exuta sunt, co  
rumq; maximè iis, quæ vlcera habēt capitīs, & quæ ab  
algore vel moriuntur, vel vlcerantur: necnon repen  
tibus, comesis, ſedi genitali, vtero, vesicæ opitulatur.  
His calida amica & decretoria: frigida vero inimica &  
interientia. Hip. Sen. 22. par. 5. Apho.

## DE MEDENDI MODO

- \*A vomitu singultus & oculor. rubor, malo est S. 3. p. 7
  - \*Si natu maioribus per purgationem singultus superuenit, non bene est. Sen. 43. par. 7. Apho.
  - \*Singultienti si sternutamēta superuerenterint, tollunt singultum. Hip. Sen. 13. par. 6. Apho.
  - \*Ab iecoris inflāmatione singultus malo est. S. 18. par. 7
- De Resolutione neruorū, stupore, tremore,  
& quibusdam aliis. Cap. XV.

**Q**uemadmodū neruorum conuulsio vniuerso insī diatur corpori, & dominatum infert, aliquando tantū vni parti principatur, vt dictum est in prioribus: ita & eorundem mollicies laxatiōe ipsa sensum & motum aufert. Graii hanc dixere παράλυση. Quæ si toto inuidit cuneo, & vniuersi corporis populatiōi imminet, inuoluntariam excrementorum scaturiginem prouocat musculis namq; ventris retentricis scilicet facultatis instrumentis resolutis, hoc necesse est accidere. Proinde vocem adimit veluti conspecto lupo, vt habet vulgaris opinio: spiramentum extinguit, quod musculis destituitur thorax. Quæ eadem in particulari earundem partium accidere consueuerunt. Neq; tamē diffī mulandum arbitror, esse nō nullos, qui dicant hoc malum regnare in mediato corpore, quum contrā videamus quamlibet exiguum (de neruosis loquor) partem huic morbo obnoxiam. Qui ab attonitione quā sequitur plārūq; nō dissideret, si simul etiam caput inuolaret vniuerso laxato corpore. A conuulsione tamen differt, nam ea persæpe à materia mordicante generatur. Hanc verò humidus ac leuis proginis succus. Tum cōuulsio quandoq; ex inanitione, illa nunquam. vtrunq;  
tamen passio neruosa est. Quodcunq; igitur medendi  
gen

genus offertur, neruorum nō reiectasse principium sa  
nē attenti ac prudentis est medici. Causæ verò resolu  
tionis sunt, casus, percussio, vertebrae alicuius vel dex  
trorum vel leuorum luxatio, per diametron incisio,  
tumor, caliditas, frigiditas, gaudium, ira, nutrimenti  
superfluitas. Hæc namq; neruos resoluentia, motum &  
sensum admunt. Stupor etiam nū sensum auferit, motu  
nihil detrimenti accipiente: aut deniq; sensus & motus  
solam inducit difficultatem, neruis immodico frigore  
fatiscentibus: quòd si ad summa migrarat, iam vtrunq;  
auferendo resolutionem parit, quam omnē præuenit  
stupor, qui etiā illam, si medicari se patiatur, vt pluri  
mum sequitur. Hinc apud vetustiores obtinuit, vt hic  
minoris paralysis nomen indueret. Apud protritum &  
protelariū vulgum Dormitio solet adseri. Ab mentis  
cōmotione dissidet, nam in hac æ gri delirādo loquun  
tur aguntq; fatua: qui tum facilius ad agnatis curen  
tur quam à medicis. In illo verò nihil agentes apertis  
oculis, in speciem tamen immoti manent ab eisdē cau  
sis, codēq; in loco natis. Tremor qui consequitur quan  
doq; stuporem, subinde resolutionem aduentare præ  
figit, qui duorū conficitur contrariorū motuum col  
lisione ac successione. Hic per ætatem etiā euenire so  
let, quid apud geronticos & capillares cōstat fieri: qui  
à palpitatione quæ membra concavæ præter naturā est  
distinctio aëreæ substantiæ obsequens. Differt autem,  
nam ille minora, hæc verò maiora habet concussionis  
interualla: Insup illius motus mixtus, huius verò sim  
plex. Dissidet à rigore tremor, nam huius motio illius  
est motione vehementior. Vtriusq; tamen est compo  
sita, quemadmodū & horroris, quæ paruo tempore ab  
solu

## DE MEDENDI MODO

solutur & migrat. \* Frigida ossibus, dentibus, neruis,  
cerebro, medullæ dorsali inimica; calida verò amica.  
Hip. Sen. 18. par. 5. \* In capitis ictu stupor, aut mentis  
commotio, malo est. Sen. 15. par. 7. Apha.

### De Peruersione. Cap. XVI.

**M**enti nunc conuulsione vrgente, iam verò neruorum resolutione incumbente, vel propriè, vel per consensum, in procliui est animaduertere. At conuulsio partem sanam violenter ad se conuicinat, neruiq; in originem sese porrigunt propriam. Resoluti verò nervi parti sanæ insidiantur in originem suam tendenti, hoc malum vocant peruersiōē aut torturam. Quæ si ad integrū mensē, aut plus minus' ue inueterauerit, curæ medicinantis raro ingenium recipit, admittitq;. At ipsum membrum malæ formæ induit naturā, aut vicium adultrum. Inde redditur eiusdem habitudinis ac conditionis. Ab eisdem autem causis malum hoc genimen trahit, à quibus conuulsio & resolutio mutuantur suam maliciam.

\* In febre non interpollata si labrum aut oculus &c. vt prius de febribus. Sen. 49. par. 4. Apha.

### De Aurium morbis. Cap. XVII.

**Q**vando in neruorum resolutione conuulsioneq;, cæterisq; eius cruciatibus satis versati sumus, ad aures, quæ mentis scilicet ianuæ sunt, nunc transitum faciamus. Quām decoro opificio cœli terræq; Princeps Deus hominem creatum in hoc ornamentum operatus enim ut mundo mūdus nitidus ac ex omni parte absolutus immitteretur, qui hanc mundi machinam

ocu

oculis cōtueretur, miraretur, laudaret, ac in suū vnius  
 cōmodum omnia noscer misericorditer condita. Nec  
 aliquid admitteret, quod se de honestaret, & tantē Dei  
 beneficētiā ingratum esset. Inductus est enim veluti  
 in domicilium, in quo pater familiās diligens versare  
 tur, ac hanc vitam duceret. Addita est fida tutatio ra-  
 tionis, memoriæ, & intellectus. Inserti sunt oculi capi-  
 ti, visui accōmodati: Nares, olfactui: Aures hauriendo Hic verg.  
 auditui, vnde & hauses dictæ, vt quæcunq; haustu au- Vocemq;  
 rium exciperētur, seu bona, seu mala, discuteret ratio: his aurib⁹  
 intellectus aut admitteret aut refugeret: memoria hausi,  
 retineret. Quæ esset enim humana societas, nisi mu-  
 tuo sermone alteri alteros cōpellaremus, audiremus,  
 conniuendoq; socialem vitam ageremus. Nec hoc suf-  
 ficiebat, vt cum Idololatris commune hoc beneficium  
 possideremus, à summo nobis attributū Bono, sed vti  
 animæ saluti intēderemus, auscultaremus verbo Dei  
 verbo consolatorio. Preciosam oportet hanc humani  
 corporis partem: qua si ab infantia priuati sumus, & ab  
 ipsis cunabulis, quo fidē, quæ ex auditu qui ex Dei ver-  
 bo constat, acciperemus. Quod dum hauritur, ad men-  
 tis ianuā penetrat, vbi diutile si fotum sit, & in intima  
 transmissum, operatur salutem, non istius miseri cor-  
 pusculi aliquando in puluerē abeuntis, & subinde casi-  
 bus obiecti, sed æternam animæ hospitis illius: licet  
 vbi omnia iam consummata erunt, & cyclopedia abso-  
 luta conditionis humanæ resuscitandum veniat vna  
 cum anima, quæ receptura est bonum vel malum, pro-  
 ut gessit in corpore. Hæc dicta sunt, vt agamus veluti  
 fabri ferrarii non ociosum malleū, sed subinde vbi ab  
 opere cessatur vel incudem feriamus, accinctiores ad

## DE MEDENDI MODO

cepcta reddituri. Deuenimus ergo ad aures, eiusq; incommoda: quæ rotundi speciē reddunt, vt facile immeare queant quæq; sonora: sunt deniq; cartilagineæ, ac quādā tortuositate voraginiæ, ne facile lædantur ab extrinsecis, ne'ue facile diffluant verba, sed moderatius immittantur. Quod enim toto impetu dicitur, obtundit, nec intelligitur. Hoc antreolum, quum inæquale sit, sensim ac per partes distinguere cogit quæcunq; feruntur. In cuius vesicula, quæ in foramine interior est summo, spiritus modicus & reciprocus continetur, ac idem animalis species recipiens sonorum. Ceterum aurium malū est dolor, puris effluxio, tinnitus, aliq; sonoræ cantiones, quæ ex nimia ventositate proueniūt, vermium copia, continuatatis ab extrinseco solutio, auditus grauedo, surditas à nihil audiendo dicta, quæ aliquando à fato genitæræ datur, auditus destruc̄io. Nam & hanc & illā qualitas sola, vel succus, aut vtrūq; parit. Horum declaraciones recitarem, modo tempus postularet: sed de his aliâs. Qui aurium vicia ad annum transferunt, aut ad hominū conditionē, hi mihi ex sententia facere videntur, cum hoc obtainuerit virtus prouerbium: Midæ aures, aut hoc: Auris Bataua, & Afininæ aures. Deniq; Gellii aures modulationi sono delectabantur, rusticana & afinina explosa.

\* Quibus deiectiones biliosæ excunt, surditate superueniente finiuntur: & quibus surditas præcesserit desinit, si deiectiones sequuntur biliosæ. Sen. 28. par. 4.

\* In febre non interpollata, &c. vt prius de febribus. Hip. Sen. 49. par. 4. Aph. \* Quibus p febres &c. vt prius de febrib. S. 6. par. 4.

De Oculis. Cap. XVIII.

Au<sup>1</sup>

**A**VRIUM VICIA DETEXIMUS, IAM AD OCULOS, PRETIO-  
 VISSIMAM HOMINIS PARTEM, DEUENIMUS, QUI LUCIS In oculis  
 VISU VITAM A MORTE VENDICANT. OCULI HOMINI TANTUM maxima  
 DIUERSO COLORE, CETERIS IN SUO CUIQ; GENERI SIMILES. AD indicia a  
 OCULOS DENIQ; PER NERUOS VISIBILES TRANSMITTITUR A ce- moris &  
 REBRO VIS ANIMALIS, VT CLARITAS VISUS ACCIPIATUR. TENUI odij existe-  
 BUS MULTISQ; TUNICULIS, AUT VT ALII VISUM EST, SEPTEM, re veteres  
 EOS NATURA FINXIT. PRIMA VERO, RELIQUAM OCULI SUBSTAN- pdiderunt  
 TIAM AMBIENS, CORNEA DICTA EST, ORTUM HABENS A DURA  
 MATRE: HINC CONIUNCTINA EST ALBI COLORIS A MEMBRANA  
 CRANEUM EXTERIUS TEGENTE NATA. A PARTE POSTERIORE CO-  
 JUNCTINÆ EST DICTA SCYROTICA. QUARTA VUEA DICITUR,  
 QUAÆ FORAMEN HABET, QUOD NOSTRI PUPILLAM DICUNT: CU-  
 IUS ANGSTIA NON SINIT VAGARI ANCIPITEM ACIEM, & VE-  
 LUTI CANALI DIMANANTEM, OBITERQ; INCIDĒTIA FACILE DECLINANT.  
 ALII NIGRA, ALII RUFFA, ALII GLAUCI COLORIS OR-  
 BIBUS CIRCUNDATIS, VT HABILI MIXTURA ACCIPIATUR CIRCŪ-  
 IECTO CANDORE LUX. ADEOQ;ILLA ABSOLUTA VIS SPECULI, VT  
 TAM MODICAILLA PUPILLA TOTUM EFFIGIET HOMINEM. VE-  
 NAM AB HAC PERTINGERE AD CEREBRŪ, PERITISSIMI AUTORES  
 TRADUNT. HÆC MÆBRANA A PIA MATRE DESCEDIT. QUINTA A  
 PARTE VUEÆ POSTERIORE SECUDINA EST. SIXTAM ARANEAM  
 VOLUNT, A PARTE ANTERIORI EXISTENTI. A PARTE POSTERIORE  
 SEPTIMA EST, QUAÆ RETINA DICITUR. VERUM SI QUIS MEM-  
 BRANULARUM OCULI AMPLIOREM DESIDERET DISSCRIPTIONI,  
 SECUM EXPENDAT VELIM, OCULUM (CORNEA TAMEN EXCLU-  
 SA TUNICA) IN DUAS PARTES, ANTERIOREM SCILICET & POSTE-  
 RIOREM, DIVISUM. PROFECTO IN OCULIS ANIMUS INHABITAT,  
 VT INQUITILLE: ARDENT, INTENDŪTUR, HUMECTANTUR, COHI-  
 BENTUR. HINCILLE MISERICORDIÆ LACHRYMÆ. HOS CUM EX-  
 OSCULAMUR, ANIMUM IPSUM VIDEMUR ATTINGERE. HINC

8107 DE MEDENDI MODO

fletus, & rigantes ora riui. Quis ille humor est in dolore tam fœcūdus & paratus, aut vbi reliquo tempore? Animo videmus, animo cernimus. Oculi seu vasa quædam visibilem eius partem acipiunt atq; transmittunt. Sic magna cogitatio obcæcat abducto intus visu. Sic in morbo comitiali etiam aperti nihil cernunt animo cæligante. Vni animaliū homini deprauantur: hinc nomina strabonum, & pætorum. Ab iisdem qui altero lumen orbi nascerentur, Coclites vocantur: quis parvus vtrinque ocelli, Lucini dicti sunt. Mulieribus vero quanta sit decoris affectatio, docet palpebrarū artificiosus ornatus. Supercilia hac de causa natura dedit, ut essent seu vallum quoddam visus, & prominens munimentū contra occursantia animalia, aut alia fortuita incidentia. Defluere eas haud immerito Venere abundantius tradunt. Extremū ambitum genæ superioris antiquum Cilium vocauere, vnde & supercilia. Oculorum acies vel maximè fidem excedentia inuenit exempla. Conuincit Ilias Homeri nuci inclusa: Callicratis ex ebore formicæ. Myrmeades quidem quadrigam ex eadē materia fabricatus est, quam musca integeret: ac natuē quam apicula penitus absconderet. At quid veterum monimēta citamus, quum hoc nostro sæculo mulier quædam molam monti superimpositā tanta arte depinxit, ut grano tritici totam cooperire queas, adeò ut ne minima quidem eius pars fiat conspicua. Illa vero priora ex aliena ac cædua sylua: placuit enim Plinii gazas adducere. Oculorum humores albugo vitreus & crystallinus. Quorum hic medius pupillam versus planus ac latus est, quo accommodatius species quæque insigantur. Oculorum vicium est dolor, abscessus con-

iun

iunctinæ calidus, quē obtalmiam Græci dicunt, quiq;  
non sine contagio furit. Hac Dominus Iudocus à Sa-  
ra, quum esset penè exoculatus, & nos illi subsidiariam  
opem iam diu præstissemus, adeò vt vis morbi con-  
quietata esset fermè, ille moræ impatiēs, reparādi ex  
integro visus vnum atq; alterum iussit adhiberi chi-  
rurgicalum: qui vt hominis animum terrore concute-  
rent, atq; sibi studerēt, ac suæ rei cōmoda pararent, nos  
excludi curarunt, veluti huius sanationis occupatores  
ingenio sanè lubrico. At hic post quatriduum partim  
natura, partim nostro auxilio sanatus, coactus est gran-  
dem rem pecuniariam illis exoluere, videlicet dignū  
patella operculum. Illi maculas tetenderunt pecunię,  
hic oculorum maculas discuti optabat: non tamen ab  
iis assequutus est optatum: cæcutientior redditus est  
talpa, cuius si pellicula abstrahatur, perspicatius vide-  
rit atq; hic. Illi tamē ad huius prædæ nidorem allesti,  
egerunt sanè quod canes Nilotici, biberunt ac fugie-  
runt. Nos operam lusimus omnem, nihil præter ob-  
trectationem referentes, illis emolumentum sentien-  
tibus. Atq; hoc adeò mirum, & digno carbone notan-  
dum, hunc sibi diu pōst persuasum habuisse, sese ab il-  
lis imperitissimis (quorum prior Gandanus, alter Hi-  
spanus) sanatum. Bona profectō parta gratia cum tali  
bus si medicus subinde probus versetur. Sed valeat  
ille cum suis conspicillis tesserophthalnis, nos digna la-  
bra lactucis reliquimus. Est & oculorum malum, vl-  
cus, scabies, macularum genera, suffusio, pupillæ di-  
stentio, irroratum pruritus, lachrymarum ex iis efflu-  
xio, lippitudinis species, palpebrarum tumor, fistula,  
visio deprauata, eiusq; eneruis intensio. Oculorum  
dimi

## DE MEDENDI MODO

diminutio deniq; & corrugatio, tabes, conuulsio, con-  
cauitas, cæcitas, quæ quandoq; à natura datur, pecca-  
tis hominum exigentibus, aliquando aliter, Vertigo,  
Vngula &c.

- \* In febre non interpollata &c. vt prius de feb. S. 49. p. 4.
- \* Quod ad temporum attinet rationem, &c. vt prius  
de morbo. Hip. sen. 12. par. 3. Aphon.
- \* Si vero hyems &c. vt prius de morbo. Sen. 13. p. 3.
- \* At si aquilonius &c. vt prius de morbo. Sen. 14. p. 3.
- \* Morbi per imbræ &c. vt prius de morbo. S. 16. p. 3.
- \* Conditionum anni &c. vt prius de morbo. S. 17. p. 3.
- \* Estate nōnulli ex his &c. vt prius de morbo. S. 21. p. 3.
- \* Quibus in febribus &c. vt prius de feb. Sen. 52. p. 4.
- \* Lippientē depræhendi alui fluore bono est. S. 17. p. 6.
- \* Dolores oculorum soluit aut meri potio, aut balneū,  
aut fomentum, aut vena incisa, aut medicamentum  
epotum. Hip. sen. 31. par. 6. Aphon.
- \* Oculorum suspiciones etiam per somnum seruasse  
consilium est, nam si quid candidæ partis inspicitur  
palpebris non vndiq; sibi commissis, nec alui fluor aut  
medicamenti potio in causa est, prauū hoc signum, le-  
taleq; admodum est. Hip. sen. 52. par. 6. Aphon.
- \* A vomitu singultus &c. vt prius de cōuulsiōe. S. 3. p. 7.
- \* In oculorum doloribus sanguinē detrahe cum prius  
vinum per potionē exhibueris & ex calida aqua mul-  
ta dilueris. Hip. Sen. 47. par. 7. Aphon.

### De Naribus. Cap. XIX.

**N**Asum pudenda existimat gens extera ac irreli-  
gioſa: Veteres irriſioni adiudicauere, vnde & na-  
ſo ſuspendere, aut roncho dicimus quenq; Qui ſi caſu  
quopiam auferatur, totam faciem deornat. Initium  
ſu

sumit à glabriori illa parte quæ pilis minimè obsepi-  
 tur, inter supercilia constituta, à qua nasi mucro depē  
 det fastigiatus. Huius foramina latiora externo visui  
 etiam conspicua, Nares dicuntur, per quas etiam spira-  
 mentum dormientibus præcipue fieri cōsueuit, in mo-  
 dum canaliculæ nando ac mittendo & retrahendo spi-  
 ritum: Hæ à pariete, qui intermedium, disparantur. Ab  
 illarum nanq; venis, quas earundem summitas conti-  
 net, nonnunq; sanguis profluit, haud diuersa occasione  
 qua & ex alio quoquis eius conceptaculo: fit enim flu-  
 xus à cerebro excitato sternutamento, non absq; fron-  
 tis dolore & punctione: vel ab hepate, quod dextrum  
 occupans latus per dextrum itidem foramen sanguinē  
 discutit: vel à liene, & tunc sinistro lateri accommoda-  
 tur, per sinistrum narium foramen dimanans. In mu-  
 licibus matrice redundant & circa vmbilicum dolo-  
 re ludente erumpit. Hic fluxus vtilis esse cōuincitur.  
 Fluxus tamen omnis (de sanguineo loquer) innatura-  
 lis, menstruo qui naturæ cedit, dempto. Hic tamen san-  
 guinis fluxus rectè dici nequit, meo iudicio. Sanguinē  
 enim natura vltimum sibi conciliauit alimētum, quo  
 penitus disparente & abeunte, hominem emori necel-  
 se est. Haud tamen sum nescius, esse nonnullos, qui ex  
 hoc dubiosam ansam præripiunt, interrogātes: Vtrum  
 succus vitalis à sanguine non dissideat, hinc nos v-  
 tranq; tuendo, si vultis, asserimus partem. Quare du-  
 biosi esse desinite, neq; vos hoc periculum moueat mo-  
 neo porro. At qui ista distingui contendūt, iam ab ac-  
 cidente, iam deniq; à substantiæ ratione differentiam  
 texunt. Sed in præsentiarum non dilitigabimus. Istuc  
 mihi dixisse sufficiat, sanguinem aliū esse, atq; alium

Nasus tria  
 habet offi-  
 cia, nā du-  
 cit spiritū,  
 Odoris est  
 instrumen-  
 tu, postre-  
 mo cerebri  
 superfluita-  
 tes p hunc  
 purgantur  
 nonnunq.

## DE MEDENDI MODO

vitalem spiritum: tum hic vitam continet, ille vero  
huic alimentum continuo praebet, sine quo in auras  
abiret. Ex hoc perspicuum euadit, qua phalarica mors  
hominem adoratur, sanguineo discurso humore, qui  
iuxta naturas humanas diuerso modo, atque diuersis par-  
tibus scatere probatur, qualitate iam immutatus, quan-  
doque auctus quantitate venarum, vel orificia, vel con-  
tinuitate, quae ab extrinseco dissui solent, disruptur,  
dissecataque. Narium etiam mala sunt, vlcus, vulnus, pu-  
stulae rubricantes, peruersio. Carnosae partis admodum  
mollis excrescentia haemorrhoides dicta. Aliquando ve-  
ro haec recens nata particula medium inter durum &  
molle obtinet, malum habitum. Polypum dicunt. In  
his odoratus conditur, qui aliquando ab officio definit  
debilitatus, aut depravatus, deinde cassatus. Solet his  
quoque sternumentum accedere, frequens hominibus  
sed non adeo cognitum malum. Namqua ratione si-  
at, quoque in loco concipiatur, praeter Aristotelem &  
reliquos, docet Hippocrates. Verum Aristoteles sa-  
tis superque eius significat commoda atque incommoda.  
Commoda namque Cerebrum purgat: tussi, singultuique;  
medetur: partum accelerat, & id genus similia. Solet  
(nisi sponte oboriatur) veratro albo, cōdiso, radicibus  
ireos concitari, quoque erumpat. Idem & aestus Solis,  
qui etiamnum sanguinem elicit, solet efficere. Huius  
immoderationi aqua frigida naribus applicata medi-  
cati sumus. Sed de huius remediis, quemadmodum &  
cæterorum morborum, profusius aliâs. \* Quibus na-  
res hument, aut genitura, hi valetudinarii degunt:  
quibus econtrario est, melius valent. Sen. 2. par. 6.  
\* Raucedines & grauedines maiorib. admodum natu-

con

- concoqui nequeunt. Sen. 40. par. 2. Apho.  
 \*Maioribus natu &c. vt prius de morbo. Sen. 31. p. 3.  
 \*Distillationes in ventrem superiorem suppurantur  
 intra viginti dies . Sen. 40. par. 7. Apho  
 \*Frigida, qualis nix, aut glacies, peccatori inimica sunt,  
 tusses mouent & sanguinem, mouēt & distillationem.  
 Hip. sen. 24. par. 5. Apho  
 \*Quibus per febres sanguis alicundē largē exierit, iis  
 in recreatione alui humidæ redduntur. Sen. 27. par. 4  
 \*Quibus p febres aures &c. vt prius de febrib. S. 60. p. 4  
 \*Quibus abscessorum in articulos est &c. vt prius de  
 febrib. Hip. sen. 74. par. 4. Apho  
 \*Mulieri menstruis deficientibus sanguis si è naribus  
 fluxit, bono est . sen. 33 par. 5. Apho  
 \*Quæ perfixerint calefacienda sunt, exceptis his quæ  
 sanguinem profundunt. Sen. 19. par. 5. Apho  
 \*Vñus frigidæ vbi sanguis profunditur, attamen non  
 qua effluat sed iuxta iniicienda est: quinetiam vbi in-  
 flāmationes sunt , aut inflamina ad rubrū cruentū ue-  
 tendentia sanguine recenti . Nam veteribus quidē ni-  
 gredinē adfert, Ignem etiam sacrum non exulcera-  
 tum iuuat : exulceratum lādit. Sen. 23 par. 5. Apho  
 \*Si sanguis præter naturam in ventrem transfundit-  
 tur, suppuretur necesse est. Sen. 20. par. 6. Apho  
 \*Dolenti caput &c. vt prius de capite. Sen. 10. par. 6  
 \*A sanguinis profusione &c. vt prius de Conuulsione.  
 Hip. sen. 10. par. 7. Apho  
 \*Sternutamentum fit ex capite cerebro calefacto, aut  
 humefacta parte capitatis inani, aēr enim ibi contentus  
 erumpit, & cum strepitu, quoniā per angustia exiēs  
 datur . Sen. 52. par. 7. Apho

## DE MEDENDI MODO

\*Mulieri, quam vicia vteri infestant, aut quæ difficul-  
ter parit, si sternutamentū supuenit, bono est. S. 35. p. 5  
\*Singultienti si sternutamēta supuenerint, tollūt fin-  
gultum. Sen. 13 par. 5.

De Oris, Lingua, & Dentium affectib. Cap. XX.

**Q** Vare à natura tam firmo sepimento circumual-  
latur lingua ac cohibetur: quia, vt inquit Aposto-

Erasm⁹ ait lōge maxi-  
ma partem inuidię na-  
sci, ex intē-  
perātia lin-  
guæ.

Ius, inquietū est malum, plena veneno præsentaneo:  
vtq; prius mēs examinet quām lingua proferat, si quid  
in medium debet proloqui. Quām opulento decoro  
totum hominem fixit Deus, quum oris honestas nō  
potuisset nudatis dentibus seruari, quibusdam labiis  
obduxit, vt quicquid offendere poterat, pari decore ve-  
nustaretur ac fulciretur. Neq; tamen inquinatū Dei  
opificium sinimus, ita se malicia hominum contami-  
nante: vnde putidi oris halitus ille mephiticus: vnde  
spiritus ille tartareus, è quibus abditis efflatus, ab ven-  
triculi alto fumus quidam euaporans ascendit ad su-  
periora, & spiritū inficit, putidulumq; reddit: Osvlce  
rosūm præbet, pustulis ipsum occupās: Cancrum exci-  
tat, vniuersum edentem palatum, labra decolorātem  
marcore quadam, & sensim perdentem: Gingiuas, reli-  
quasq; in ore contentas particulas corrodentem: Prin-  
cipio partem omnium nobilissimam linguam, quę ani-  
mi interpres est, quęq; tanto maiori custodia conser-  
uari debeat, quanto cæteris præstat membris. Quis hor-  
ror, quæ solitudo, quæ conuenientia inter homines es-  
set, si non linguae officiis alteri alteris cōmodaremus.  
Optimus est homini lingua thesaurus, & ingens

Gratia, quæ parcis metitur singula verbis.

Hac etiā cohibita Demosthenes plus lucrificit, quām  
alte

alter laxata. Ita non conuenit tantum thesaurū quibuslibet aperire. Hæc aliquando ad tantam vel natura vel morbo excrescit intumescientiam, ut loco moueri nequeat. Huic etiā accidunt grauedo, mollicies, pustulæ, pituitacei sub ea succi confluxio (quam nodū dicunt) vocem & saporem vel penitus auferentia, vel insufficientia mala aut etiam deprauantia, quæ & à balbutie, aut blesitate euenire consueuerūt. Deniq; à gingivis cancro adustis, dentes carie exeduntur: quibus natura quiddam genuinum datum aiunt præ cæteris ossibus, nempe vt sentiant. Huic opinioni tamen refragantur pleriq; argumento hoc permoti: Ossium eadē est compositio ex semine equidem succoso admodum sicco generata: quare rationi consentaneum dicunt, si (vt Galeno est visum) dentes sentiant, reliqua etiam ossa sentire: vel vt ossa, æquè dentes insensibiles esse. Ad hęc dicimus, ossa à dentibus dissidere, quod hi longo tempore vt plurimum post partum nata sentiant, illa minimè. hac de causa: nam quanquam eadem videatur esse compositio, dentibus tamen aut potius eorum radicibus, mox à generatione iniicitur virtus ac spiritus quidam, quem cætera ossa minimè consequuntur, ac per quem sensibilem moluntur rationem: hinc est, quod dolore premuntur immanissimo, qui eadem occasione qua & alius quispiam dolor generatur. Præbent etiam doloris intensionem putredines & fœtores, quæ ex aqueo putrido nascuntur, quod à stomacho ad dentium gingivasserecipient, & ibi nidulatur: eadē causa relaxantur, mouentur, & cadunt. Nam acuti humores in radices dentium aguntur, & sensim excavat, veluti aceto rupes & lapides quiq; creantur & vermes

## DE MEDENDI MODO

in maxillaribus ex humore stagnanti & putrido. Oportet his malis appositis detifriciis occurtere tempore, ne moti loco consuetā sedem amittant, cedantq; Accidit his quoq; stupor, & concretio aut congelatio.  
\* Per astates hēc accidūt &c. vt prius de morb. S. 24. p. 3  
\* Pandiculationē, oscitationem, horrorem, vinum pari ingestum ægritudinem tollit. Sen. 58. par. 7. Aph.  
\* Sanguis supra emissus qualiscunq; est malus est, infra autem bonus. Sen. 25. par. 4. Apho  
\* Balbi maxime ab alui profusione longa capiuntur. Sen. 32. par. 6. Apho.  
\* Si lingua incontinens subito facta est, aut pars aliqua corporis stupore elanguit, vitium hoc esse atræ bilis certum est. Sen. 41. par. 7. Apho.  
\* Quibus lentore dentes oppalentur, iis febres incidūt vchementes. Sen. 53. par. 4.

## De Faucibus & Angina. Cap. XXI.

**P**roximum est de faucibus agere, loco scilicet ubi partium gulae & gutturis est conuenientia. In hoc antreolo voces formantur: quæ quandoq; auferuntur penitus, quod muti declarant, aut epiglottide laesa à pfectione deficiunt, rauis huic exemplo est: neq; vocē à loquela secernimus. Causæ horū sunt affectus muculorum collo annexorū, instrumentorūq; vocalium laesio. Quorum si aliquod à natura contractum sit, cum non admittit: quemadmodum nec partis instrumentalis amissio. Intelligunt nonnulli per fauces guttur: cuius malum est angina, estq; circa guttur præfatio ex lacertorū inflammatione aut bilaria, aut etiā sanguinea, vel pituitacea contingens, reuma ipsum à cerebro generatum consequens. Quæ trifariam distinguitur

## LIBER SECUNDVS Fo.63.

guitur. Aliquando enim quicquid est mali intra septa latitans, neq; in faucibus neq; in collo quicquam quod sui indicium faciat apparet, interim tamen vchementissimo dolore ægrum afficit. Hæc reliquarum specie rum lôge deterrima, nam anima vix ægreq; trahitur, vox aufertur. Sane ignota clanculariis insidiis hominem adoritur, insperataq; nec expectata nece cito iugulat, nullo nec extrinsecus nec intrinsecus sui incommodi apparente signo. Quâdoq; solas fauces rubor occupat, non sine tumore inibi conspicuo dolorem paulò minorem inferente, neq; superiore specie minus periculosa est, nisi quòd diutius protrahatur. Tertio verò & in faucibus, & in ceruice tumor excitatur cū ingenti rubore. Hoc longè facilius fertur, neq; tam graue intra gutturis corpus consciscit cruciatum: quare quamplures morbum accutum dici noluerunt. Quartam huius mali addunt speciem, in qua tumor atq; rubor solum in collo extra visuntur. Deniq; apud antiquos tantus de anginæ speciebus non fuit scrupulus, præser tim ante Hippocratis tempora, nam omne gutturis vicium suffocationem dicebant. Secus Hippocrates eiusdem malum omne anginæ dicere adsolutus erat: cui etiam Romani album calculum adiecerunt, qui quum pleraq; animalium genera gutturis suffocatione confici cerneret, deæ Angeronæ in Volupiæ sacello, vt hoc malum auerteret, sacra instituerūt: si tamen vetustati aurem accommodare placebit, quam vt aliis defensam relinquimus, ita non omnia ab eis facta asseveramus. Cæterum anginam qui patiuntur, horum lingua aut fauces cum inflammatione intumescent, facie palidulo tincta colore. Hoc malum ægro subitum, nec ali

## DE MEDENDI MODO

aliter hominem occupat, atq; sudor ille anglicus percuta cuspidē totum hominem ante paucos annos lani-  
cinavit, de quo abundē tractauimus proprio libello de  
hoc ēdito. Euertitur in hoc morbo pupilla, vox pēdet,  
non respirationē, non meatui gutturis locus.

\* Si à febre detento nullo tumore faucium strangula-  
tio subitō accidit, letale est. Sen. 34 par. 4. Apho-

\* Si febricitanti collū perueritur, vt vix deuorare pos-  
sit sine villo tumore, mortiferum est. Sen. 35 par. 4

\* Qui anginam euaserint, iis in pulmonē absceditur,  
& intra septenos dies interimit, si tamen hos euaserint  
suppurantur. Sen. 10 par. 5. Apho

\* Ab angina detento si tumor in collo extitit bono est,  
foras enim morbus discedit. Sen. 37 par. 6. Apho

\* Ab angina detēto si tumor aut rubedo pectoris sup-  
uenit, bono est. Sen. 51 par. 7 Apho

\* Raucedines & grauedines maioribus admodum na-  
tu concoqui nequeunt. Hip. Sen.

De Thoracis & Pulmonis incōmodis, & primo  
de morbo costali. Cap. XXII.

**T**Horax spiritus meatui ancillatur, qui si aliquo ca-  
stu iniquiori lēdatur, spiraculum effici difficilē cō-  
stat. Cuius morbos particulares, quales sunt vlcera, ab-  
scessus, inflammations, & similes furię super costas af-  
fligentes, declarare omitimus, ad hos nos conferentes  
morbos qui in alto eo corporis loco latitant abditi.  
Quorum omnium perniciosissimus est lateralis, aliās  
costalis, græcē πλευρίς dicitur: Qui nihil aliud est, quām  
apostema calidum circa membranulam quę πλευρά dici  
tur costas vestientem, interius generatum. Potest eius  
dem nominis malum & septo trāsuerso ac mediaſtino  
hoc

hoc ipsum quāmuis raro euenire. Bilis nanq; aut san-  
guis ad bilem degenerans plerunq; aliquando pituita  
hoc concinnat malum. Cui attestantur capitis graue-  
do, febris acuta, sitis intensior, spiraculum laberiosum  
& remorans, ac subinde etiam frequens ad facile reci-  
procum in exiguitatem declinans, pulsus gracilis, ar-  
teriarū tensio, tussis. Horum posterius costarum dolo-  
ri pleuresis tormēto haud absimili non adest: deniq;  
morbi costalis comites vehementiores ingruunt. Ra-  
tiocinētur igitur secum medici, si libebit, qui possint  
hoc malum proterere, aut clava Herculea exigere ma-  
gis, q; suæ avaricię seruītes, summatim (ut aiunt) pro-  
nūcīent, nihili facientes ægrotia aut salutem aut mor-  
tem. Inuadit enim incautos & letaliter afficit iis viri-  
bus & natura vñq; adeo sāua, vt breui temporis inter-  
vallo, hominē ab hac vita abducatur ac eiiciatur. Habeant  
ergo in pectoris armariolo præsentaneum antidotum  
ac paratum remedium collocatum, quo mox instanti  
obuiam ire queant: alioqui q; ocyter spiratiōis facilita-  
tem auferēdo, ægrum conficiet. Huius perniciei cru-  
delitatē cernentes antiqui, à malo genio illatum ho-  
minum peccatis expiandis credidēre. Sic agit nobiscū  
diuina illa Censura, vt licet multas noxas auertere  
sedula cura possimus, tamen in pyxide quapiam recon-  
ditum malum habeat, quo nostram maliciā exerceat.  
\* Quibus costales non repurgantur intra quartum de-  
cimum diem, iis in suppurationem vertuntur. S. 8. p. 5  
\* Qui à costali suppurantur, si intra quadragesimum  
diem à quo facta est eruptio repurgentur, leuantur:  
alioqui transeunt in tabem. Sen. 15 par. 5 Apho-  
\* Qui acida ruſtant non admodum costali morbo la-  
bor

Tibi ac tu-  
is Note.

Ante pau-  
cos annos  
hec malū,  
D. Audo-  
marū Edin-  
gū ab adijs  
senatoriis  
ornatiss. vi-  
rū, amicū  
meum nō  
vulgarē, p  
pemodum  
iugularat,  
verū Fata  
tanū virū  
certe nō  
adiusū mar-  
te, ī mortis  
nassam nō  
dū obtrudi  
voluerunt  
suo nimisū  
genio oblu-  
ctante,

## DE MEDENDI MODO

borant. Sen. 33. par. 6. Apho.

\*A costali pulmonia malo est. Sen. 10 par. 3 Apho

\*Costali aut pulmonia detento si alui fluor superuenit, malo est. Sen. 16. par. 6. Apho

\*Hyeme costales pulmoniæ vt prius de morb. S. 23. p. 3

De Suppuratione, Suspirio, &  
Pulmonia. Cap. XXIII.

Pulmō na-  
turalis pi-  
tuitē cōcep-  
taculū quē,  
admodum  
Lien atræ  
bilis.

Primo membrum est spongiosum, nullius sensus, immobile, & calidum, facilè ad putrefactionem accommodum, spiritus capax, pluribus partibus qua si bræ dicuntur discretum. Eoq; respiramus. Spiritumq; vt iecur succum commutat trāsformatq; & purat pro spiritus vitalis alimēto: tenui mēbranula qua sensum colligit, vestitus est. In cuius ac mēbranulæ costas tegentis interstitio, puris saniosi magna nonnunq; colligitur secretio, quę in suppurationē euadit, quam ιαπόνημα vocant. Huius si maliciam comitetur febris, ocyssimē suffocat παρολί seu anhelatione quapiam, qua admodū discrūtiantur suppurati, videlicet imperante pulmone, eiusq; canna ac musculis à qualitate sua degenerantibus, aut succum noxiū continentibus. Hinc suspirium gignitur, quod alii τεττυά mortis inductuum haud secus atq; παρολί spirationis scilicet ablatio in vteri affectibus, quanquam non adeo faciliter. Neq; semper παρολί mulieres ad internecinum adigit supplicium. At nec hoc argumento vincimur, vitam scilicet & spirationem esse sibi mutuò atq; adeo indissolubili nexu conciliata, quis hoc ignorat. Licet enim mulierū παρολί spiratio auferatur sensibilis, cuius maiorē partem per asperam fieri arteriam constat, insensibilis tamen manet quę per poros fit corporis partim, partim verò pmeatus

## LIBER SECUNDVS. Fo. 65

meatus eiusdem latiores. Hæc si cum sensibili simul auferatur, vitam extingui certum est. At in vteri affectibus occulta per ampliora sit demeacula spiratio, potius corporis haud tenuiter transspirantibus. Huius spiraculi genus ab Aristotele (citra calumniam sit dictū) pretermissum est. Verum iam aliud suborietur dubium, quare scilicet in omni ~~anvola~~ non simili modo quiuis per spirationem occultam seruetur. sed de hoc alibi. Praeter iam dictos affectus sunt & aliæ pulmonis ægritudines: nam ut interim tubercula, cōtinuitatis solutio, particulæ excretio, & similia omittantur, sat erit de pulmonia dicere. Quod apostema nempe est calidum à recreemento humorali in principio non sanioso, iam propriè, iam p consensum in pulmone sedem statuens. Hoc nullam arteriarū admittit duriciem, nullus quidem grauis dolor imminet, at sola grauitas incumbit: à gutturis passionibus dissidens, quod non subitaneum homini strangulationis periculum inferat, quædam modum illæ intentant. Insuper pulmonia, quam costalis incommoditas raro consequitur, screatione nonnunquam propellitur.

\*Qui suppurati, aut aqua inter cutem laborantes, &c.  
vt prius de aqua inter cutem. Sen. 27. par. 6.

\*Qui suppurati aduruntur, si pus effluit purum & album, evadunt: si cruentum, fæculentum, & fœtidum, periunt. Hip. Sen. 45. par. 7. Apho.

\*Quibus suppurratum quid, in corpore abditum non innotescit, id propter crassitudinem vel puris vel loci dilitescit. Sen. 41. par. 6.

\*Qui gibbi ex anhelitu aut tussi efficiuntur ante pubertatem intereunt. Sen. 46. par. 6.

Q

\*A

## DE MEDENDI MODO

\*A pulmonia delirium malo est. Sen. 13.par.7

\*A costali pulmonia malo est. Sen. 12.par.7

\*Costali aut pulm.&c. vt prius de morb. cost. S. 16.p.6

De Tabe & Tussi. Cap. XXIII.

MUltifariæ corporis sunt exiccationes, quibus ve-  
luti toto Vulcano extenuatur, vt <sup>κακοναίων καὶ ἀρρώστων</sup>  
tertia in tabe agitur: hec ab illis diuersa est, vt ex de-  
scriptiōe tabis est animaduertere. Est nanq; tabes (quā

Aliter hic  
capí tabem  
q; a Galeno  
Li. de feb.  
diff. ca. de  
hectica fe-  
bri constat  
<sup>φύσει</sup> dicunt) vniuersi corporis seu succi naturalis con-  
sumptio, ab vicerosa pulmonis affectione sanguinistre  
tentia aut alterius humoris corruptelas consequēte, cū  
febricula domestica ac perpetua proueniēs, dolore cir-  
ca scotulas seuiente: hunc anhelitus difficultas, max  
illarum rubor, tussiculaq; breuis concomitantur. Qui  
bus hoc incōmodum familiare est, nares porro habent  
in mucronem directas, oculos intrō fugiētes, collapsa  
tempora: atq; hæc tria cuius exiccationi cōmunia. In  
hac insuper passione, vt dictum est, vniuersi corporis  
moles haud secus atq; à Sepe mordicus icta esset, gra-  
cilescit & extenuatur. Nā à vertice summo vbi infida  
statio radices agit, aut ceteris abditioribus partibus, ad  
pulmonē succi spuriū vitulamen demeat, eundemq;  
exulcerat: quod vbi inueterauit, cōsciscit hoc malum  
quod tabem astruximus curatu difficillimum, ob pul-  
monis putrelaginosi inquietudinem. Eoq; laborantes,  
tabidos aut tabificos vocamus: cum quibus consuetu-  
dine agere dietatim aut noctuatim cum periculo suo  
agitur, & noxa contrahitur. Nam ob expiramenti pu-  
rulentī halitum, sanis non minus periculi imminet q;  
ex spiritu leprosi pulmone efflato, & in fani hominis  
pulmonem abeunte. Hic enim, vt probè degentes le-  
prosos

prosos reddit, ita ille tabidos efficit conceptus. Hinc  
pterq; à medicis cōtagiosus describitur, à quo cum pul-  
mo deprauatus est, totum sensim in corpus deriuatur  
& quasi fermentat, & ad sui similitudinem inclinat:  
deinde tussis excitatur, quæ thoracis ac pulmonis dif-  
ficilis est motio, ac reiectans subinde onus incumbēs  
ac cōstringens angustāsq; quod vis naturalis quia con-  
trariatur & viciniорibus mēbris incōmodat, conatur  
discutere, & à se retrudere. Hæc humida, illa sicca affe-  
ctio, calida alia, alia frigida, cui vt nōnunq; spiritus vio-  
lenta retinacula obſistūt, thoracis calorē augendo, ita  
frequens aëris frigidī admissa inspiratio, calidæ reme-  
dio est. Sunt & pulmonis mala Herisypila, Vomica &c  
\* Tabes maxime fit per ætates ab anno decimo octauo  
ad annum trigesimalum quintum. Sen. 9. par. 5.

\* Qui tabe infestantur si quod despūunt & extussiunt  
grauerter olet in ignem positum, & capilli defluunt, le-  
tale est. Sen. 11. par. 5. Apho.

\* Quibus per tabem capilli defluunt, ii superueniente  
alui fluxione moriuntur. Sen. 12. par. 5. Apho

\* Tabe detētis fluxio alui accidens letalis est. S. 14. p. 5

\* Autumnus tabidis malus est. Sen. 10. par. 3. Apho.

\* Lac febricitati dari. vt prius de capitib; dol. S. 64. p. 5.

\* Tabidos caue vnquam ad supernas duxeris euacua-  
tiones. Hip. Sen. 8. par. 4. Apho

\* A puris fputo tabes & fluor cumq; saliu substitit, mo-  
riuntur. Sen. 17. par. 7. Apho.

\* A sanguinis vomitione tabes & puris purgatio supra  
à tabe fluxio de capite, à fluxione profluum alui, à  
profusione alui astractio purgationis superioris, ab  
astrictione mors. Hip. Sen. 82. par. 7. Apho.

## DE MEDENDI MODO

\*A sanguinis sputo puris sputum & fluor, cumq; saliuua substitit, moriuntur. Sen. 83. par. 7. Apho.

\*Qui gibbi ex anhelitu. vt prius de suspirio. S. 46 p<sup>6</sup>.

De sanguinis discussione. Cap. XXV.

**Q**VOMODO hominis vita in sanguine constare dicatur (quem solae venae continent) nemo nescit, nec minus ex priobus perspicuum euadit. Mirumq; hic multis partibus ac modis discutiatur: aliquando enim cum ipso sputamine egeritur, nunc tussis vi prorumpit, aut sceratione, aut vomitu, aut mictione, aut nimio verneris vsu, aut per alui posticam ianuam expellitur, etiam mensibus. haec omnia experimentis constant. Hunc namq; quocunq; tandem loco effluat (nam contra natum id fieri perspicuum est) è venis conuulsis, aut disruptionis, aut corrosis, aut alio quoquis modo continuitatis solutione patientibus, veluti fistula excisa & laesa, ejaculari arbitramur, seu hoc casu, aut fortuitu, aut cæsione violenta fiat. Sanguinis præterea multa sunt discrimina: nam aliis ater fluit, aut dilutus, aut naturali suo colori respondens: hic tenuis, hic spissus, spumosus alter, alter viscosus. Et quid opus multo ambitu, aut sanis est iuxta victus rationem commodus, aut contraria agrotis viciatus, & à sua qualitate deficiens.

\*Excretiones in febribus: nō interpollatis &c. vt prius de febribus. Sen. 47. par. 4. Apho

\*Qui spumantem sanguinem despunt, iis de pulmone deducitur. Sen. 13. par. 5. Apho.

\*A sanguinis sputo puris sputum malum. Sen. 16. p. 7.

\*Dolenti caput &c. vt prius de Capite. Sen. 10. par. 6.

\*Sanguis supra emissus qualiscumq; est, malus est: infra autem bonus. Hip. Sen. 25. par. 4. Apho.

\*Quæ

\* Quæcunq; rupta de dorso ad cubitum descendunt,  
sanguine detracto soluuntur. Sen. 22. par. 6. Apho.

\* Vomitio sanguinis sine febre salutaris est, cum febre  
malo curandum acerbis & refrigerantibus. Sen. 38. p. 7.

\* Quibus per febres sanguis alicunde largè exierit, iis  
in recreatione alui humidæ redduntur. Sen. 27. par. 4.

De Cordis dispositionibus. Cap. XXVI.

**C**or, quum sit membrorum omnium quasi Sol atq;  
fons, ex eo tota vitæ huius functio corruatur. So-  
lum hoc à passionibus alienum, nisi fortè quas genuit  
animus desolatus, aut casus infensor, in quibus ita cū  
animo consentit, vt statim dolore affectum totum de-  
niq; corpus atq; adeo hominē destituat. In microcos-  
mi meditullio situm est, vt omnia ad illud prouoluam  
tur, seu bona seu mala, vt intellectus & memoria ad il-  
lud potissimum & ab eo referant, quæ probant. Vnde  
rationem hic sedem posuisse multi credunt, quæ vel  
admittit, vel remittit, quæ illi accepta erunt. Vnde cer-  
nimus complusculos homines iudicio cæco, ratione  
non satis librante quæ valere vult. Communis nos hic  
dicēdi modus docet: dum enim de aliquo cæcati arbi-  
trii homine loquimur, dicimus: Gerit cor aut habet  
cor erga talem. Nisi hoc accideret, nequaquam talem  
pronunciaremus. Hoc læso aliquo exteriore casu, expi-  
rat homo, aut vitę termino appropinquante vltimum  
labascit: quandoquidem nullam continuitatis solutio-  
nem citra mortem ferre potest. Calorem naturalem  
sufficit corpori toto. In hominis formatione primi au-  
spicii creditur & fundamentum vniuersæ creature: vn-  
de vitæ scaturiginem dixeris recte. Huius positio & fi-  
gura, & quomodo in mucronem fastigietur, iam dicta  
sunt

Cor sapien-  
tiæ domici-  
lii est & vi-  
ui sanguinis  
fons ac sca-  
turigo.

## DE MEDENDI MODO

sunt. Eius grauamina sunt dolor, inflammatio, tremor, palpitatio. Inuoluitur autē corpus ipsum cordis mem branula duriuscula, qua ne facilè ab impetu forinsecō lœdatur munitum est & præseruatum: in cuius ac cor dis interstitio succus quidam nōnunquam confluit, na naturalem cordis & æquabilem suisq; modulis distin ctum motū immutans, vel ad tremorem inclinans, quo Galeni Simia interiit, vel ad palpitationē adigens: illa ad syncopam viam prästruit, ista mortem adesse haud raro testatur. Ceterū à cordis morbidis affectibus quan doq; toti corpori malū ingeneratur, haud secus quam tabes ipsum occupans viciniora quæq; corrupens. Hæc pauca de corde dicta sufficiat, aut si quis attentior plu ra desideret, autorum medicorum volumina recense at, indidem sumpturus velut è fonte quantum audax sufficiat nostris riuiis euanescētibus. Nam & haud modicè conduceat ad medici diligens studiū, nosse alio rum de hac re placita, & ex magnis cumeris retulisse quipiam sine suspitione est.

De Ventriculi eiusq; oris affectionibus.

### Cap. XXVII.

VEntriculus collabitur ac debilitatur, aut mala cō plexione, immoderata inanitione, humoris violen ta eductione, succi motione, medicinæ reliquiis fru stancis, eiusdemq; qualitate inuersa & contraria. Hunc duo occludunt ostiola, superius scilicet & inferius. Ex hoc fecata quæq; & lubrica ad intestina demeant: illud vero appetentiæ domicilium Cor Thucydides aliiq; veteres vocare consueuerunt, Græci σομαχόν, nos vero modernioribus admodum album (quod dicitur) calcu lum adiicientes, os ventriculi adserimus. Quod vt li quer

Tépore pe  
loponesia.  
ci belli Hip  
pocrates su  
am medici  
nā cōmen  
tatus est, ac

quet, mille morborum discriminib. obiectatur. A liene <sup>tunc cordis</sup>  
 nanq; ad hanc stationē per canalem seminosum illinc <sup>dictio i hac</sup>  
 principia sumentem acidi succi demittuntur copiosi <sup>significatio</sup>  
 appetitionem extimulantes, quæ mediocritate lepo-  
 sita iustæq; mensuræ terminum linquens, appetit plus <sup>ne accipice</sup>  
 quām queat coquendo conficere: dicimusq; sanè cani-  
 nam hanc famem. In hac enim cibi assumpti mox Se-  
 leucidum more eiiciuntur, aut vomitione, aut alui so-  
 lutæ fluxu. Quām igitur dissideat hoc malum à cole-  
 rica passione, in promptu est aduertere. Ediuersa præ-  
 terea ratiōe si nihil succi melancholici ad stomachum  
 deferatur, indubiu est soplitum iacere appetitum. Hoc  
 alii quo nomine cieant, non est mentis hic infuscire.  
 Certum est dum hoc adfuerit incōmodum, nihil cibi  
 desiderari. Quo adeo nuper æterna memoria dignus  
 vir M. Michaël Boel diuexatus fuit duos ferme annos  
 in Dernemonda. Causa sanè hæc erat: Os v̄ triculi ob-  
 meatus splenis superioris præ succi fęculentia, ac vi-  
 scositate amurci speciem referente pręclusum erat, nec  
 quicquam lubrica melanholiq; excipiebat: habebatq;  
 nullum cibi desiderium comedēdi necessitate ablata,  
 donec nostro auxilio ab hoc liberatus esset. Quibus  
 tamen medicaminibus mōstrum hoc teterimum ab-  
 egerimus, ne quis me inanis gloriæ venatorem existi-  
 maret, silere maluimus quām euulgare: verū in me-  
 dendi nostra methodo copiose hæc demonstrabimus.  
 Spurii quoq; succi quantitas ad superius ventriculi  
 ostiolum deuoluta, degenerem reddit appetitionem,  
 qua aduersa sanitati & viciofa ac prorsus syllestria ap-  
 petuntur. Quod genus mali <sup>mixtæ</sup> dictum, fœminis ve-  
 rum gestantibus pläruntq; solet accidere. Quibus eti-

## DE MEDENDI MODO

am abhominatio quædam cum syncopa, & singultus  
intercisus fastidium & nauseam conciliant. Ventri-  
culi siquidem orificio projecto, neq; expultrice facul-  
tate valida ac suo minime officio fungente, ob humo-  
res peruersos inter huius loci tuniculas constitutos,  
hoc monstrum conflatur etiam cuius homini. Cæte-  
rum quæ de erronea cibi appetentia morborum gene-  
ra citata sunt, de siti qua frigida & humida desideran-  
tur dicta sunt. Nam & hæc furiis accensa violens fa-  
culas iacit, ignemq; trisulcum ingeminat, quo usq; ali  
quo rore mitigetur incendium: qui si forte defit, totū  
hominem deiicit. Igitur si qualitate nouerca humili-  
& frigidi appetitio flaccescat, obturbatur, viciosaq; red-  
ditur, ac in quendam degenerat veluti inextinguibi-  
lem errorem: quem φαρμακόν priusquam succū deterio-  
rem nocētemq; sua vi educat, vel vbi pro ratione aut  
plus iusto discusserit, excitare potest, aut etiamnū se-  
ueriorem reddere. Esse quoq; appetitum caninum po-  
tus, quemadmodū & cibi, Galenus libro quarto de ac-  
cidente & morbo subticere noluit. Huius generis ma-  
lis incommodantibus causas partim & vbiq; præbet  
ventriculus: cui & quattuor inesse facultates, quem-  
admodum & cæteris membris, satis constat. Quarum  
quælibet vel auferri potest, seu imperfecta relinquiri,  
vel vicio quopiam depravata inualida censerit. Nam  
Immodica aut simplici vel etiam composita affectus  
intemperie, nullum horum ex sententia succedit abso-  
lutum, quod hoc exemplo euadit magis cognitum. Co-  
stio enim (quæ alimenti ad propriam eius quod nutri-  
tur qualitatem alteratio est) frigoris interni sœuentis  
hyeme aufertur, quæ pluribus euenit causis ventriculi  
igne

igneam vim delentibus: quæ lues, cruditas, & cæctio-  
nis alterationisq; abolitio vocatur. Quā imperfectam  
dicimus, si tardè cunctanterq; fiat. Erroneam vero ad-  
struimus si putrilaginis vicio ( quæ præ caloris nimio  
furentis æstu cōstat ) conficiatur, etiam reliquis qua-  
litatibus simplicibus aut inter se compositis fauicia  
fermentatis hæc ædi potest. Quibus sagatius subodo-  
rantibus rem medicam perspicuum euadit, ventri-  
culum, atq; ipsius facultates quot modis euerti queāt.  
Octo nempe sunt modi, quibus qualitatum ratione læ-  
di possit, totidemq; curarum contrauenientias. Tor-  
quetur deniq; ventriculus exitiali cruciatu ex com-  
plexionis malicia, abrosisone, ex ventositate acuta, vel  
grossa vel frigida, ex immodica aquositate inibi per-  
erapulam, aut aliam causam collecta, quem haud raro  
comitatur abscessus, cuius materiam in corporis alto  
seu arcano latentem, vt in reliquis stomachi morbis,  
vomitio facultatis expultricis lues supra conatur dis-  
cutere. In hoc ab eructuatione dissidens, quòd hac  
vapores agat tantum, illa verò in succum solidiorem  
suas vires exertat, cuius motio eructuationis ac tussio,  
vehementior ingruit.

\*Ventre hyeme & vere natura calidissimi sunt. &c.  
vt prius de tempore L. primo. Sen. 15 par. 1. Apho

\*In quauis ægritudine partem vmbilici & imum ven-  
trem esse pleniorem melius est. Admodum extenua-  
re atq; tabescere viciosum est. Ad inferas etiam pur-  
gationes hoc tutum non est. Sen. 35 par. 2 Apho

\*A vētris dolore diutino suppuratione sequitur. S. 22. p. 7

\*In ventris dolore fortis algor partium extremarum  
malo est. Hip. sen. 26. par. 7. Apho.

## DE MEDENDI MODO

- \* In morbis acutis frigus partium extremarum, malo est. Hip. Sen. 1. par. 7. Apha.
- \* Dolores ventris si suspensi sunt, leuius; si non suspen si, grauius infestant. Sen. 7. par. 6.
- \* Qui noctu bibere auent, iis admodum sitientib, si ob dormierint, bono est. Sen. 27. par. 5.
- \* A vomitu singultus & oculorū rubor malo est. S. 3. p. 7.
- \* In pturbationib. ventris & vomitibus spontinis si ta le purgetur quale oportet, res bene cedit & facile fer tur: si minus, cōtra. Itidem conceptaculorū inanitio si talis fiet qualis fieri oportet, res bñ cedit & facile fer tur: si minus, contra. Igitur & tempus, & terrā, & æta tem, & genera morborū in quibus oportet nec ne con spicari officium est. Sen. 2. par. 1.
- \* Qui autem ad euomendum difficiles sunt, & corpo re mediocriter constant, infra purgabis cauendo æsta tem. Hip. Sen. 7. par. 4. Apha.
- \* Quicunq; ex morbis acutis, aut diurnis, aut vulne rib, aut alio quoquis modo extenuati, atrā bilem sangu ni atro similē emiserint, postridie moriūtur. S. 23. p. 4.
- \* A voluulo vomitus, aut singultus, aut mentis cōmo tio, aut conuulsio accidens, malo est. Sen. 11. par. 1.

De Intestinorum tormentis,  
& Vermibus. Cap. XXVIII.

**I**n testinorum affectuum Galeno suffragante medi rum opinionem prætermittendo, illa enarramus crū ciamenta, quæ haud sine mortis periculo subitò ægrū ingentibus tormentis vel ad syncopam, vel ad aliud si mile incommodum perducunt. Quibus tyrannicidis præsentibus antidotis celerè obuiandū est, non modò

vt à periculis ægros eximamus quibus obiectatur, verum etiam vt à dolore sint vacui, habenæ tam rapidæ tygridi sunt immittendæ: quandoquidem tantus doloris impetus eò nonnunq; inuadit, vt malint abrumpere vitam suspedio, aut alio quopiā casu non absimili. Neq; adeò hoc mirū. Nam intestinorū substantia non diffidentis admodū à stomachi substantia, maximè est sensibilis, quam aduersis obturbatam summo affici cruciamine in confessu est. Distinguuntur verò intestina secundum quantitatē: nam aliqua gracilia, vt sunt lactes, reliqua grossiora. Veruntamen perpetuo contiguoq; nexu sibi cohærent, mutuò sic continuata veluti una esset canna. Quorū vnum colon dicitur, hinc colicæ passionis vox protrita: alterius nomēlatura ~~πάσης~~, à quo iliaca lues, quam à vuluulo pauci distingui volunt: in hoc etiam per aluum nihil deiicitur. Horū itaq; prædictorum morborum nomēclationes Helenorū more à loco cui insidiantur, sumūtut. A faculenta enim materia in illo aut isto loco iustò diutius detenta, malū id conficitur, adeò vt deiectiones vt plurimū prorsus residenceant ac subsistant, neq; excremēti quicquam per sedem posticam deiiciatur. Hosce morbos opilationes consequuntur, vel ab induratis in viscere quopiā quibus leuari oportuit ægrotum stercoribus, ex grosso turbidoq; flatu, ex succo plurimo pituitaceo vel colericico illuc stagnante, ex vermium(de quibus mox) multitudine, aut ex apostemate quopiam in iis locis diuexatæ: Sunt & aliæ causæ propter quas deiectiones violenter retineri possunt, quum videlicet meatus fellis iusto gracilior, aut male situatus, aut figuram bifurcatā fortitus sit. Quare nihil flauæ bilis facultatis expultricis

## DE MEDENDI MODO

excitamenti à felle ad intestinum ieiunum aut duodenum traicitur . Ex dictis iam perspicuum est, parū vel nihil horum morborū curē rationes inter se se dissidere, quum solum loci diuersitate distinguantur . In iliaca tamen passione seu voluulo, dolor periculorum secum casum ferens, quām in illa vehementior . Veters verò ob doloris feritatem, eam Domine miserere mei, vocare consueuerunt . In qua si spiratio luctuosa reddatur, quemadmodum mihi à paucis mensibus accidit, mortis periculum subesse testatur, præsertim fudore prorumpente subfrigidio cum extremerū frigore, dolore supra vmbilicum sanguiente . Cuius veherentia contorsionibus dolorofis ægrum diuexat, immanibus ructuationibus, nauseis, variis vomitionibus quæ præsertim vbi per fistulam cibalem stercorū sequatur expulso, abolitionem iamiam præsentem denunciat . Si præterea ipsa intestina vermes contingant, luis torturam vbiq; exasperant . Qui etiam sine alterius morbi concomitatu haud tolerabili doloris molestia intestina atq; adeo ipsum ventrem infestant, tanta aliquādo crudelitate, vt mordicus interanea edere videantur alia iam ægritudine, sanguire incipiente . Nec in hoc mali genus soli pueri, vt vulgus æstimat, incident, quanquam & hanc gulofam ætatem ad hoc propensiorem nemo nesciat . Verū & ætatis proueterioris homines cum ingenti mortis discrimine fre-

Anno quenter vermium turbā ferre coguntur . Ex dictis iā li  
a Christo nato. 1537 . Raphael a Sara vir mei quet fragile hoc cœli terreq;  
studiosus (Gandanorū tamen more) ventris circa vmbilicum nō suspenso cæcoq; dolore principis summi opificium  
grauerit angebatur : accersitus sum, adeo vi innumeris morborū iniuriis  
rū quē multū duriterq; laborantē coperi . Ex expositum esse, quibus ceu  
pensisitaq; sedulo iis que intueri Medicusha  
bet la

Laqueis aut esca mors plures  
 in tuā nassam irretit rapitq;  
 Dein vix interiorum mem-  
 brorum aut viscerum vllū  
 esse, quod non nostro præ-  
 fertim luxu à suā frequen-  
 ter sanitatis modulo aber-  
 ret. Cur igitur tantæ intem-  
 perantiæ & crapulæ nostræ  
 furiis omnem rationis men-  
 suram excedentibus, animā  
 spurcissimis peccatorū ne-  
 bulis in Acherōtis abyssum  
 detrudentibus resipiscentes  
 finē non imponimus ut cor-  
 pus ab iis diris tucatur? Ne  
 igitur à tot tantisq; crucia-  
 tibus ipsum corrumpi cure-  
 mus, nobiscum animo per-  
 pēdamus, in quod à Deo na-  
 ti in hunc mundum veni-  
 mus, atq; quò tandem tendi-  
 mus. Satis superq; prius capi-  
 te de faciētate vitæ modū  
 præmonstrauimus, Gulam  
 despicientes, quæ vt cætera-  
 rum æ gritudinū, ita & ver-  
 um præcipua causa est.  
 Quorum secundum formā  
 discerniculo sumpto qua-  
 tuor sunt genera, ex hostili-

bet, non obscure perspexi lentiū quendā agre-  
 stemq; humorē tam qualitate q; quantitate  
 furiosum ex bile acri pituitaq; mixtum lactes  
 atq; adeo meseraicas (vt vocant) venas præ-  
 clusisse, proindeq; Clysterium purgandi vim  
 obtinens ex aperitivo decocto & talem ducē-  
 tibus humorē medicamētis præfertim electua-  
 rio de succo rof copositū (q; hoc summopere  
 expedire animaduerterē) persuadere conat<sup>9</sup>  
 sum, quo ante paucos dies idē mali genus ab  
 eodē abegerā, porro morbus erat in augmē-  
 to, & vniuersi corporis facultates cōstabant.  
 Verū eger nostro acquiescere noluit consilio  
 & insano muliercularū obſtrepentū latratu  
 seductus, clysterium respuit. Itaq; abj. Mox  
 alium accersiri iubet medicę artis Doctorem  
 ornatiss. meiq; amantiss. cfim Ioannē sande-  
 rium, qui vbi medico suoq; more totā rem p-  
 pendisset, nostrū consiliū omni ex parte vitu  
 perauit traduxitq; solumq; Clysterū qd do-  
 loris leuationē moliretur (hoc anodynū) ma-  
 lū requirere. Rursum accersor. Præsens pia-  
 sentē conueni: quē vbi intellexissem, his ver-  
 bis aggredior. Morbus depēdet a pernicioſo  
 humore, qui niſi diſcutiatur nihil effeceris. Ille  
 cōtra totam meā opinionē in contrariā partē  
 interpretatus est, aſſerēs neq; vires constare,  
 neq; elecluarū de succo rof talem ducere hu-  
 morē, neq; purgamentū cōducere, quis tuto  
 tunc ac cū ratione ad animi deliquiu trahere  
 quis poterat. Multa deniq; petulāter ac ocio-  
 fe vrpote nulla adhibita ratione colligebat,  
 quorū nunc non est narrandi locus aut tēpus  
 interim nō sine modicis cōuic̄js. Aeger vero  
 hac cōtroueria nō parū turbatus, & ceu dua-  
 bus sellis infidens animūq; quasi despondens  
 nos ad Myropolā Nicolaū de buck ablega-  
 uit, rogauitq; vt quod rationis eſſet prēſtare  
 mus. Potuifsem ſane acerrimis argumētis vi-  
 rum impugnaffe, rationibuscq; diuerſis facile  
 eum conuicſſe, laqueisq; multis tenuiſſe, atq;  
 ceu pditorē qui veritatē tollere conatur de-  
 truifſe in fouēā, vnde ſeſe niſi oculis rationis  
 aperti exticare nequiuifſet, ſed verebar ne

## DE MEDENDI MODO

ex amico mihi inimicū facerem, neue conci-  
tato forte animo in litem nostra disputatio-  
biret, quod profecto parū aberat. Sic igitur  
cōtendētes, ac longe magis dissidentes q̄ vñq̄  
Erasistratus & Asclepiades fecerint, deueni-  
mus ad Pharmacoplam. Ille animaduertēs  
male inter nos conuenire, rogabat quid nam  
esset causē, ego rem oēm aperui: cuius cōsilio  
ac persuasū aduocatus est p̄stantissimus vir  
medicinæ doct̄or M. Gulielmus Scoenhouius  
qui vt rem breuibus enarrē non solū animo  
sed pedibus in meam ibat sententia, purgans  
itaq̄ enema iniectū, mox dolore exoneratus  
æger, conualuit. Quapropter nō satis mirari  
valeo hunc M. Ioannem Sanderium, qui me  
fratris aliquando loco habuit, cuius erga me  
beniuolentiā nullo satis obsequio demereret  
possim, tam male de me tum sensisse. Neq;  
dubito quin p̄eniteat illū tam turpi & graui  
cecidiſſe lapsu. Nescio an pateris scyatisq;  
Herculis, aut cantharis Bacchi quos strenue  
eo die exhauserat, imputare debeā; an in eau-  
sa fuerit, q̄ alij dies alios ferant mores. Aut  
si forte collibuit Verorū specie illuso falso p  
veris amplecti, ac veritatē ipsam pertinaciss.  
pertubare. At dicet quispiam, quot hoīes tot  
sentētiae, proin nunq̄ hallucinari supra captū  
hoīis esse; q̄modice deuiare, solius artificis. Fa-  
teor. Verū talem virū in tam manifestis ab-  
errare, nec veri simile est, nec vñq̄ adducarvt  
credā. Compertissimū deniq̄ habeo, nō fuisse  
in causa mētis pessimē filii, inuasorem intre-  
pidum, humanitatis seductorē improbū, ra-  
tionis, æquitatis, oīmq̄ virtutū cōtemptorē  
insolentissimū. Liuorē dico. Quod facile testa-  
batur animi sui integrī candor, qui tam solli-  
cite pro me instabat, qui contra telluris illud  
reliquū taceo. Arnoldum storm mihi coram  
iudice Gandano lis esset. Quē vſurę insmu-  
lans, quippe ab eodē iniuria ac contumelia la-  
cessitus, quia fœneratorē appellasse, cōsilio  
facri aduocati, p̄stantissimiq̄ si dñs placet  
auriculari sui humanitatis oīrissimī, nēpe  
Philippi cognomēto Douverbeecke, innocen-  
tem.

so ut plurimum in intestinis  
generata. Primi igitur ge-  
neris lumbrici dicti, teretes  
secundum latitudinem gra-  
ciliores in longum admodū  
extenduntur. Hi supra vni-  
bilicum graciliora intesti-  
na plārūq; pungentes, egrū  
dolore premunt. Pituita-  
ceus enim humor nocuus  
flauæ bili commixtus ob len-  
torem atq; adeo viscositatē  
expultrici facultati minimè  
auscultans, tēporis ductu à  
caloris iniuria putreficit, in  
longum protensus animam  
recipit vitalem. Sed huius  
generis conuoluuli, Iuliq;  
ratenter admodum ingignū  
tur, ob sal sedinem putre-  
factioni inimicam, qua hic  
humor fermentatus condi-  
tusq; comperitur. Attamē si  
in corpore tales fuerint, ad  
os & nares repentes, natura  
existente forti, sponte foris  
prorumpūt. Hinc manifeſte  
falsum esse perspectum est,  
quod nonnulli asseuerant,  
vermes scilicet supra extru-  
ſos

fos in cerebro natos esse. His tem me ex Flandria exterminare totis neruis  
 multū haud dissimilia sunt conatus est, verū reuerso à reginali maiestate  
 alterius generis reptilia, & dño meo ac mecenati Dño de Scardau, viro  
 qualis ferè longitudinis, at profecto nobilitate, pietate, sinceroq; animo  
 obesiora spissiora que, succo insigni, equissimo ciuitatis gandensis Preto,  
 sub frigidore humidioreq; Iacobu Robbio doctiss. viris, syncerissimisq;  
 extensioni à calore factæ nō amicis adiutoribus. Sed de hoc concepto exi  
 admodū amico, cōflata: idq; ui ædetur. Interea precor Senatui Gandensi  
 in primis intestinis. Tertii defecata piacq; mente, Platonis deniq; Cicero  
 generis ~~anægides~~ seu tipulæ di nis, & Fræscii patricij de Rep. scribentis pru  
 cti, longè prioribus brescio- dentia, vt populi innocēter viuentis cōcordia  
 res, in grossis mediisq; inte seruari queat. Quod vt perpetuo fiat, summū  
 stinis à pituitaceo hostili succo spisso admodū & ace- Alexâder  
 toso vtcunque concinnati. Hi sub vmbilico locum sic bñ die tñ fo.  
 dolore vexant vt non alii magis, præsertim cùm quis 57.ca.4.l.3  
 se fame atq; inedia lacepsit, intestinis à feculēta mate- suæ anato,  
 ria naturæ adminiculo perpurgatis, nam tunc nihil eis miæ ait, lig  
 impedimento est, quò minus hinc illinc per intestino ua, hareas,  
 rum circumvolubilitatē perreptare queant, nihilq; of carbones,  
 fendentis in quod agant, suas cuspides in intestinorū fetas porci  
 substantiam conuertunt, feroceisq; vi ingruunt: proin- nas i corpe  
 de tenacius inibi harent, quam vt leui quodam phar- expnitosis  
 maco extrudi queant. Efficaci itaq; antidoto vehemē ac varijshu  
 tissime amaro ad discutiendum apto diuersimode (nec morū qua-  
 vnius modi medicamento obedire solent) hos pertur- litatib⁹ gig  
 bare, donec prorumpant, oportet. Reperiūtur etiamnū ni, id Gale.  
 in recti intestini extremo seu alio alterius quantita- testimonio  
 tis atq; adeo generis nati vermiculi cæteris imo eru- fulciens.  
 cis minores, quos tineas Latini, ~~βισσας~~ Graii nominant,  
 scalpendi libidinē pruriginisq; ardorem sua motione  
 excitantes, qui ne leui quidē dolore particulā exagitāt  
 donec

## DE MEDENDI MODO

donec haud aliter atq; vestes tincæ ipsam corroden-  
tes , alteri ægritudini latè patentem præbeant aditū.  
Hanc igitur paucis reptiliū sumite differētiam, quæ  
etiam in matrice haud rarenter reperiuntur. Jam Hip-  
pocratem audiamus.

\* Quos tormina circa vmbilicū fatigant, & labor atq;  
lumborum dolor infestat, nec medicamento aut vlo-  
alio modo solui cruciatus potest, iis in aquam inter cu-  
tem siccām decumbitur. Hip.Sen. 11.par.4.Apho.

\* Si tormina acciderint non febricitanti , & genuum  
grauitas, & lumborū dolor, purgatione infra opus esse  
significatur. Sen. 20.par.4.Apho.

\* Dolores aut pectoris, aut coxæ, aut cuiusvis membra,  
an multum infestant animaduertendum est. S. 5.p.6.

\* Dolores ventris &c. vt prius de ventriculo. S. 7.par.6.

\* Lac febricitanti dari &c. vt prius de capite. S. 65.p.5

\* Quibus ilia suspensa murmurant, aut si lumborum  
dolor accesserit, iis alii admodum humectantur, nisi  
flatus erumpat, aut vrinæ copia prodeat, idq; in febri-  
bus. Sen. 73.par.4.Apho.

\* Quorum ilia dolores fatigant sine inflammatione, iis  
febris superueniens soluit dolorem. Sen. 40.par.6.

\* Si quod intestinū ex tenuioribus præcīsum est, nun-  
quām coalescit. Sen. 24.par.6.Apho.

\* A voluulo vomitus &c. vt prius de vomitu. S. 12.p.7

\* Quibus per stillicidiū vrinę superuenient voluulus,  
intra septimum diem moriuntur, nisi febre superueni-  
ente vrinæ effluat satis. Sen. 44.par.6.

De Alui perturbationibus, Mariscis, Rhagadiis,  
& grossioris intestini malis.

Cap. XXIX,

Pri-

Priusquam huic capiti operam impendamus, quod  
de alui perturbationibus titulum sibi vendicat,  
scire oportet partis huius differentias, licet prius cor-  
poris totius ædificium describentes, veluti obiter par-  
tim meminerimus, partim distulerimus. Quis enim  
omnia ad liquidum ita prosequatur, qui non aliquam  
racemationem sub pendentī titulo relinquat? Diffe-  
runt itaq; inter se se venter, aluus, ac vterus, licet pro  
eodem frequens apud eruditos mutuatio fiat. Hemicy-  
clum illum qui foras prop̄det, ventrem appellamus,  
pulchro concordia argumēto, orditur à pectore, pro-  
tenditūq; ad inguen. Est autem culinæ instar, cui di-  
uersi modi palatoq; grati è macello inuesti cibi prius  
perpurgantur, ac demum ad cloacæ os corum purga-  
mentum vtpote ad inguen & anum cuerritur. Aluus  
vero quę cibi receptioni accommoda est, & sublutioni  
subinde obnoxia, eo quòd abluator vel purgetur dici-  
tur, ex ipsa enim retrimenta defluunt. Vterū solæ mu-  
lieres habent, in quo fœtum concipiunt. Verum tamē  
autores vterum pro vtrolibet sexu posuerūt, vt prius  
diximus. Vocatus vterus q; duplex sit, & in duas se par-  
tes diuidat, Lactantio illo Ciceronis in dicēdi proprietate  
& filo orationis æmulo & veluti succedaneo asti-  
pulatore. Hæ in diuersum diffusæ, ac semicircinatae co-  
plicitæq; in modum cornuum arietis assurgunt. Aliqui  
ab vtre deriuatum voluerunt, eo quòd intrinsecus ali-  
quid contineat, vt viscera & intestina lactes. A qualicu-  
lus porcorum est, ad pinguiculos & probè curata cute  
homunciones tralata similitudine. Sufficiant hæc stu-  
dioso breuibus. Alui ciuile bellum ægritudines varias  
& diras plærūq; necesse designat, quas trifida phalarica

## DE MEDENDI MODO

medicorum sorbonæ protelariæ inuehi à furiis astru  
unt, & harum numerum versiculo triuiali veluti ad  
pulpitum edocto adscitoq; demonstrant. Cruda lien,  
simplexq; diar, cum sanguine diffen. Hi primipilarem  
locum assig nauere intestinorum leuitati. Hunc affe  
ctum ~~affectionem~~ dixere cibū insuperaneū secernit, qui indi  
gesto similior est cruditate præpediente. Potest descri  
bi hoc pacto, est concoctionis priuatio, quoties cibaria  
colore immutato demittuntur, non seruato modulo,  
odore, crassamēto, ac cæteris eius qualitatibus perma  
nentibus per intestina ac per ipsam aluum prodeunt,  
quæ vt ingeruntur, ita ceu graue quoddam onus illis  
incumbens sine mora egeruntur, deponunturq;. Acci  
dunt hæc incommoda ob inertiam, debilitatemq; fa  
cultatis retentorię interiorum, hyemis inclemensia in  
intestinis aut in ventriculi basi lœiente. Interim his  
inuehitur pituitaceus humor, & vt ita dicam, mucor  
quidam vilcidus agrestisq;, ipsa leuigans: qui ibidem re  
giam statuens, sensim corredit viscera & radit, inq; vi  
cera cogit hinc inde angulosis anfractibus ceu cauer  
nulis exefis, quibus quod lentum est infidet & occupat.  
Sanè quibuscunq; de causis hoc malum confletur, certe  
ægros cruciatu longo vexatos, temporis duetu nec ali  
ter quam tabes extenuat. Alia est fluxio diaria dicta, hu  
moralis scilicet, quū hostilis ille succus veluti salfugo  
quædā à cerebro, vel à stomacho deriuatur labiturq;,  
vel ab intestinis: quibus admodum affectis, & ob alieni  
humoris agrestem temperie exordinatis, cæliaca pas  
sio generatur. Deniq; meseraicarū venarum quas aiunt,  
aut fellis folliculorum à grossis & dulcibus cibis præ  
clusionē fluor hic innaturalis haud raro consequitur,  
totū

totum conturbans ventrem, eo quod admissus hic humor interiora sensim labefactet, ac domestica lite seu lucta victor indurescit, & quodammodo sedentariam quietem, immo turbam potius constabilit. Hinc exultatio exorditur intestinorum, & in disenteriam frequenter conuertitur, quæ tyrannide quadam in hominis perniciem grassatur. Huius præterea incommodi humoribus à splene meantibus, atræ deiectiones producent. Qui affectus adeò plarunq; in risum cogit hominem, vt ridens emoriatur: quod de Sardoa herba membrinere. Insuper ab vniuerso corpore defluēte succo ex sui natura turgente & furiēte, aut ex veneni præassumpti viuacitate hoc incommodū aliquando nascitur: mirū quo furore tunc per intestina labatur, per crisis viam aut symptomatis. Præterea aliud quibusdam diariæ seu *ἀφημένου* genus ponitur, quod tum crassatur immensus, quum succus naturalis membrorum liquefcit, vt in morbi tabifici affectione est videre: qui acutus quum sit, iam iamq; deuotis vltimè rerum lineę solet insistere, ac veluti flagro quopiam adigere ad extrema vita. Iam constat magni esse momēti, inquirere qbus quantisq; quis succis alatur, qua aquarū ac regionum temperatura vtatur. Sunt igitur authorum vestigia sequēda, qui de hac re curāve scriperunt, vt est Plinius, M. Cato, M. Varro,

S.ii. Cor

Dicit haud quaq; potest q; turpiter halucinētur nōnunq; in curandis ægris q; primi apud vulgum haberī volūt, cum tamē apud eruditiores vix insīmo digni censeantur. Inter quos nō iniuria M. Gulielmū Nielandū, si viueret, constituerent: qui quā mecum vxori Doctiss. Consulis M. Nicolai wtēhouſj, diarico fluxu humorali ab vniuerso certe corpore deriuāte succo noxio pituitaceo scilicet lassatæ ac propemodi extindæ mederetur, à vini atq; ceruisiq; antiquę bibitione iliam ceu toxico abstinere volebat, in terim nō ppendens autorū placita in contrarium nitit, quorum magnū illi numerum recitabam, præsertim ex Hipp. & Galeno, additis sane rationib; Assuetudinē porro, viris flaccidentiā, immoderata deniq; appetentiā ceu insup hñis nihil faciebat. Mirū profecto q; ita vel ad oblatam lucem cœcutire quis queat: at tale est huiusmodi ingenii, vt p̄fusus in no-

## DE MEDENDI MODO

Corn. Nepos, Columella. Atq; adeò iuniores non sunt postponendi: inter hos etiamnū superest Dñs Ioannes Lodouicus Viues, vir certè variè doctus, summū Flan driæ nostræ decus, qui nuperrimè operam dignissimā nauauit in disciplinarū omniū cognitionē, qui veluti per transennam nonnihil in hanc rem commonstrat, opemq; fert. Est tertium diluuiū imò proluuuiū, quod in lacunis & palestri loco senescēs hominib. item meditatur ruinam, quod intestinorum dicunt difficultatem aut tormen, Græcis *duodenipia*. Hoc malum à non bonis parentibus generatum, iocinoris degeneratiōe, aut intestinorum exulceratione, vel vicio vtriusq; veluti tyranno quopiam principium dicit. Est enim fluor & discussio humoralis cum sanguine praudi coloris, nimirum ob iecur amoris domicilium viciatum. Fibræ cīm extremæ iecoris si torpeant, facile degener humor ad ipsas sese proripit, & ridiculatur ibidem aliquātisper: post per aluum profluens, in putrilaginē postremo definit, & ægrum in discrimen haud leue adducit. Profectò si à melancholia exordia ducat, occurrit letifer, viceratione corrumpit intestina, cui cancer succedēs adedit, & depascitur quæcūq; prius obuia sunt & contigua. Verum hoc raro contingit, nisi alterius morbi præcedentis occasio huic malo fomentum præstiterit. Sicut in quibusdam morbis accedit, ut germanitatis fiant socii, qui nascentur ex malis peiores, ex his pessimi, totū hominem pessundaturi, ut sæpe trahit alter alterum veluti catenam quampiā, non illam Homericā necentes, quæ ab ipso summo opifice Deo vsq; ad minutas rerum protenditur, sed veluti à suo archetypo & ente ad nihil esse properantes, nihil nō malorum conuehunt.

Cate

## LIBER SECUNDVS

Fo.75.

Cæterum quia huius ægritudinis diuersas iam causas assignauimus, coniecturas non euanidas persecuti, & pensiculatis medicorum scitis, sanè opere preium est attendere, quæ, & qualia excrementa cum stercore ef fluitent, ex quibus illarū diuersitates sunt colligenda. Nec quisquā miretur humile hoc dicendi genus. Nam si de boum aut equorum cura solliciti, ne repētino aliquo casu lædantur aut sternantur, illis aluum sublūmus, manibusq; ancillamur ano immissis: quanto bruis præstat homo? qui ideo creatus est masculus & fœmina, ut datatim sibi mutuo ministrent, commoden, auxilietur. Nec verecundum duxere primæ notæ medici gustare deniq; excremēta, qui ob hoc ~~enfermo~~ sunt dicti, ut proximius vim morbi noscēt. Oportuit in homine humile quiddam inueniri, cuius comparatione cæteræ dores eminerent. Nihil prius nobis esse debet, neq; antiquius, q; vt seruemus aequalē natura aut generē. Nihil igitur verendum cum sit secundū naturā quicquid homini accidit, prosequamur alia. Nemo de inde arbitretur omne sanguinis profluum per posticum erumpens, ex intestinis prodire, aut ab his occasionem rapere: nam mariscarum fluore etiamnū constat. Hæ quinq; in ano sunt venæ, quæ (vt inquit Iuvenalis) Cæduntur tumidae medico ridente mariscæ. Parcendū honestis est auribus, non tam medicinæ studendum, morbisq; protelandis, q; pudicitiae ratio habenda: quantū tamen licet, marilcarū ortum dicemus. Sunt igitur (vt diximus) venæ quinq; in postico ani terminates, quæ frequenter sanguinis atrabilarii magnā copiam expuunt, nullo tamē dolore anum turgente. Verum fluor is si lentescat, & mora quadā producatur,

pede

## DE MEDENDI MODO

pedentim corpus extenuatur & gracilescit, viuidum colorem amittens, pallidumq; induens: perduntur vires, & adeò diu homini imponit, quo usq; decursa meta tandem velit nolit cogatur morbo malacho suspiria dedicare. Nescio enim qui fiat, vt etiam ceu in lasciuam quandam hominem prouocet, blandiciisq; suis inescatū noxam degustare non leuem profectō faciat: nam corpus succi plenum perpetuis fluoribus dilabi cogit, & quicquid nutrimenti ingeritur, huc quasi ad stationem quandam carinariam corriuatur. Quid dicam, omnes vires destituuntur, euanescent, iacent, vt verè viri nobile nomen amittit quisquis illi noxæ obiicitur. Ægro igitur minimè concessum est, propter naturalium actionum debilitatē, tantum ciborum insumerē aut conficere, quantum corporis ruinæ satis sit, & qui illapso respondere queat: adeò pertinaciter & continuò hic vrget fluxus ægrum, qui vbi quicquām deuorarit, quæq; infumperit, ac in ventris faburrā træcerit, cogitur semicocta aut cruda relinquere, itaq; corpori insuper existunt. Quod indies vt collabitur, & ad non esse tendit, ita quotidiano alimentorū fulcro refici debet, & sustētari, vt spiritui subseruiat ad miniculeturq;. Hinc hydropisis regnum alienum prædicto incommodo oppressum inuadit, & sceptra iactat sensim à pedibus (Nemesis planè) regni protrudens habenas. Aut deniq; in alias ęgritudines degenerat sonitus morbus, viamq; mortis tandem furori aperit. Veruntamen si sunt qui probè per menstrua interualla per has purgantur, hi meliusculè degunt, & cōmodius habent, multa interea effugientes mala, quæ infestare poterant huic accidentia infelicitati. Sinendus sanè hic

hic est cursus, nec mox antidotis intercipiendus, ne dū  
vni leuiori malo mederi cupias, incidas in decem dete-  
riora & pestilentiora. Cantè igitur ac tempori variis  
medicamentis impugnandus est constans fluxus, ne cō-  
suetudo naturam faciat, quod bene testatur ingeniosus  
poëta, dicens Serò medicinā parari, Cum mala per lon-  
gas inualuere moras. Si enim hæc fusq; deq; ducimus,  
in ea vita erroresq; cōiectamus miseris quibus natura  
feminea diuexatur, cum medici sinistro consilio vel  
naturæ vitio menstra detinētur, de quibus postea. Non  
oportet repugnare naturæ, neq; frustra bouem ad cero-  
ma ducere fœneo pabulo assuetum. Quod tamen in-  
uita Minerua complures faciunt, ignorantia tenebris  
mentem inuolutā habentes, ruentes ad curas viis qui-  
bus minimè conuenit. Hinc fit, vt tota plerunq; vita  
hæc mala homini cohabitant, quū non dextrè illi con-  
sulatur. Insuper quemadmodum matrix atq; mariscæ  
si tempori sanguinem discusserint modum tenentes,  
hepar atq; adeò vniuersum corpus ab spuriis humoris  
ac sordibus in sanguinis cōceptaculis detētis per-  
purgant, ita violenter cohibitæ ne quicquam expuant  
noxas haud leues pariunt. Cæterum quomodo mariscæ  
à rhagadiis (quæ in ano fissuræ aut rimulæ sunt doloris  
intensissimi, cum vlcere vel sine vlcere, cum modico  
sanguinis fluore) dissident, iam satis liquet, atq; alibi  
prolixius à nobis monstrabitur. Increscunt præterea  
in ano tubercula quædam, quemadmodū condyloma-  
ta (vt vocant) aut ficus, atrices, similesq; his morbi, de  
quibus apud Chirurgicos frequens est mentio, quem-  
admodum & de varicibus. His annexi potest recti inte-  
stini resoluti lapsus seu exitus, aut eiusdem cum con-  
stanti

## DE MEDENDI MODO

- stanti egerendi voluntate conuulsio, quod malū apud  
medicos notius est q̄ vt multis hic recenseri debeat.  
\* Quorum alui leuitate intestinorum infestantur hy-  
berno tempore, eos supra purgare necesse est. S. 12. p. 4  
\* In longis leuitatibus intestinorū ructus acidus sup-  
ueniens qui non extitit prius, signum est bonū. S. 1. p. 6  
\* In profluuiis alui mutations deiectionum iuuāt, nisi  
in praua mutentur. Hip. Sen. 14. par. 2. Apho.  
\* Quibus deiectiones biliosæ prodeunt &c. vt prius de  
auribus. Sen. 28. par. 4. Apho.  
\* Quibus per alui fluorem deiectiones spumant, his  
pituita à capite defluit. Sen. 30 par. 7 Apho  
\* Ab alui pfluuiio sequitur difficultas intestin. S. 79. p. 7  
\* A deiectione syncera sequitur difficultas intestino-  
rum. Sen. 24 par. 7 Apho  
\* In morbo diuturno inedia & deiectiones synceræ ma-  
lo sunt. Sen. 6. par. 7 Apho  
\* Excretiōes in febr. &c. vt prius de sputo sang. S. 47. p. 4  
\* Deiectiones nigræ modo sanguinis atri sponte cue-  
nientes siue sine febre, siue cum febre pessimæ sunt: &  
quo plures sunt praui colores, eo peius. Sed si ex medi-  
camento tales egeruntur, melius est: & quo plures non  
praui colores sunt, eo melius. Sen. 21 par. 4 Apho  
\* Quorum deiectiones si stare sinas nec moueas subsi-  
stunt quasi strigmenta, pauca si sunt, parum morbi con-  
tractum est: si multa, multum: his aluum purgasſe con-  
ducet. Quòd si alio non purgata dabis sorbitiones, no-  
cebis, & quo plus dederis eo magis nocebis. Sen. 68. p. 7  
\* Quicunq; ex morbis acutis, aut diuturnis, aut vulne-  
ribus, aut alio quoquis modo extenuati, atrā bilē sangu-  
ni atro similē emiserint, postridie moriūtur. S. 23. p. 4.  
In

# LIBER SECUNDVS

F. 77

- \* In quocunq; morbo incipiente si atrabilis vel supra,  
vel infra large exierit, letale est. Hip. Sen. 22. par. 4.
- \* Quibus iuuenib. adhuc aluus humida est, his senescē  
tibus siccatur. Contrā, quibus iuuenibus adhuc aluus  
sicca est, his senescentibus humectatur. Sen. 20. p. 2
- \* Quorum aluus humida est, ii quàm diu iuuenes sunt  
melius degunt quàm quibus siccata. Siccatur enim aluus  
magna ex parte iis qui senescunt. Sen. 53. p. 2
- \* Qui vicio linguæ balbutiunt, ii maximè ab alui pro  
fusione longa capiuntur. Sen. 32 par. 6 Apho
- \* Fluore alui diutino detento vomitus sponte superue  
niens, tollit fluorem. Sen. 16 par. 5 Apho
- \* Qualiscunq; aut per vesicam, aut per aluum, aut per  
carnem excretio fit quacunq; omnino corpus excedit  
naturam, si parum excedit parua est ægritudo, si mul  
tū magna, si admodū multū, letale est. Sen. vltima, p. 7
- \* In longis difficultatibus intestinorum fastidiosæ ine  
diæ malæ sunt, peiores si accidat cum febre. Sen. 3. p. 6
- \* Difficultates intestinorum si ab atra bile inceperint  
letale est. Hip. Sen. 24 par. 4 Apho
- \* Si ex difficultate intestinorum laboranti carunculæ  
excunt, letale est. Sen. 26 par. 4 Apho
- \* Quibus tumores in vulnerib. apparent, hi non maxi  
mè cōuellūtur neq; insaniūt, sed deletis tumorib. aliis  
de repente cōulsiones à tergo & distētiones accidūt,  
aliis aut̄ insania, aut lateris dolor acutus, & vomica, aut  
difficultas intestinorū, si tumores sint rubicūdi. S. 65 p. 5
- \* Lienosis qui à difficultate intestinorum capiuntur si  
ea ipsa difficultas longa est inter cutem superueniet  
aut leuitas intestinorū, atq; ita interimētur. S. 43. p. 6.
- \* Lienosis difficultas intest. supueniēbon. est S. 48. p. 6

T      Ab

## DE MEDENDI MODO

- \* Ab insania diff.&c. vt prius de insania. Hip. sen. 5. p. 7
- \* A deiectione syncera sequitur difficultas intestinorum. Hip. sen. 23. par. 7 Apho.
- \* Ab alui profluvio difficultas intestinorū. sen. 79. p. 7
- \* A difficultate intestinorum leuitas intestinorum accedit. Hip. sen. 80. par. 7 Aph.
- \* Si varices aut mariscæ insanienti superuenerint, insania soluetur. Hip. sen. 21. par. 6 Aph.
- \* Viciis atræ bilis & renum si mariscæ superuenerint, bono erit. Hip. sen. 11. par. 6 Aph.
- \* A mariscis diuturnis sanato nisi vna seruetur, periculum vel aquæ inter cutem, vel tabitudinis imminet. Hip. sen. 12. par. 6. Apho.

### De Iocinoris malis. Cap. XXX.

Nemini alienum videri debet, si medici non raro sibi ipsis imponant. Nam horū credulitas tā leuis perhibetur cerniturq;, vt de medicina agētes, rē prorsum oēm eiusq; iudicium a nuda autoritate pende revelint. Quod M. Ioanni Sanderio doctori medico præstantiss. amico meo nō vulgari a paucis annis euenit, qui mecum de hepatis ministerijs contendens, absolutam quatuor humorū generationē illi ascribebat, hoc Galen. testimonijscōmunens. Profecto non sum nescius Galenū lib. de facul. natural. & in Cōmento cap. vlt. lib. pri. p̄sa. & cap. 6. lib. 3. atq; alibi frequenter id dicere. Verum is idem iubet omnia non modo ab alijs, sed etiam a seipso prodita cum sedulitate probum fidumq; medicum examinare, atq; adeo vbiq; dexteritatem ingenij requirit, certosciens bonum aliquā dormitare Homērum, autoresq; qui suis sensibus rem interpretati sunt haud raro vacillare errareq; quippe qui & homines fuerint: pro indeq; vetuit medicū sola autoritate ne-

I Ecur ignis conceptaculū est: cuius calor vi eiaculatus, in superiora tendit, ac ad cerebrū prouolat, veluti ad arcem & ipsum hominis cœlū, inde ad oculos auresq; & cæteros sensus mēbraq; diffunditur: & temperaciū sui vehementia succum oēm ē cibo accepto tractum vertit in sanguinem. Qui dulcis, humidus, & calidus est, pascendi nutritiendiq; vim & facultatem obtinens, æquilibrio iusto singulis impartiē membris pro cuiusq; modulo, ni degeneret naturę nouercatis malicia. Iecur præterea apud Græcos ἔπειρος sub diaphragmate

mate positum est in dextero latere, Plinio & Aristot. testibus, quicq̄ metiri, q̄ id oratoris potius esse q̄ hominis apud quem in precio est veritas non ignoraret. Insup ait: Naturam lieni & pulmoni (vt de ceteris interim visceribus taceam) indicidisse quatuor facultates, inter quas est alteratrix seu coētrix, illi deseruiens, vt atram bilem cuius est receptaculum, perfecte ceu supremā (vt aiunt) manum impenens concoquat: hic vero vel omnī doctorum iudicio vt sua simili vi pituitā conficiat. Quod insuper ac frustra foret, si in hepate natura id factum vellet. Imo vt proprius ad veritatem ipsam accedam, neq̄ hepar tam exacte sanguinē nostri corporis alimento gignit (quis & hēc eius prēcipua sit actio) vt receptus in venis nisi etiā inib⁹ concoctione mutationē recipiat, corpori nutrimento esse queat. Idcirco Gale lib. de temperamētis, donec id ibidem absoluērit, natura nutrimenti appellatione il lud indignum censens veluti nutrimentū nec abs re vocat. Luce iam clarus est imo q̄ vt rationis face egeat, semp opore medicum haud oscitāter sane, sed p demonstrationē autorum placita perspecta reddere: neq̄ sibi ipsi persuadere tantas veterum etiam Hipp. aut Gal. autoritates esse, vt in eas inquirere nefas esse putet. Ceterū hoc iam vobis explorati volo, Hepar nequaq̄ quatuor humores generare, sed concoquēdo ingignere aliquid quod diuidiū suisq̄ exceptum locis facile vel in bilem, vel pituitam mutari queat. Quod hoc exemplo facilius quiuis assequi poterit: Mustū in vase reconditū continet vīnū & fēcēm, quorū tamē neutrū sic recte appelles, nisi separatim suis locis acceptū inibi probe decoctū fuerit. Idem de succo in hepate cōfecto sentendum, vt alias profusius ostendemus, sanguinis prēterea metator ac molitor est. In quo nec ner

## DE MEDENDI MODO

ui sunt, nec arteriæ, sed villosum ac quibusdā cœu filis  
sibi inuicem contextis eius substantia colligatur glo-  
meraturq;. Quare aliquot ausi sunt asseuerare hepati-  
sensum inesse. Nos huic sententiæ licet non refrage-  
mur, tamen sciant eum sensum non habere quem reli-  
qua habent neruosa, quum sensus in neruis & muscularis  
patiuntur molestias. At vero si iecur afficiatur ob  
intemperiem, aut humorē qui illi inest copiosorem, do-  
lilitat quidem repente nō per sensationem propriā, sed  
membrorum, quibus vel circunseptum, vel vicinitate  
munitum est, quę illi suppeditantes sensu ministrat.  
In neruosis vero vt sensus est præsentior, ita morbus ca-  
pitalior, licet tamen lue in hepate grassante & sedem  
statuēte, subinde grauius dolere hominem haud raro  
animaduerterimus, vt dictum est: non tamen generari  
hunc dolorem in ipsius hepatis corpore, perpetuo con-  
stanterq; negarim, cūm magis contigua illi mēbra cor-  
ripiantur. locinori præterea & alii deputantur morbi,  
quibus vel solæ intemperies facultates inualidas red-  
entes, vel humor causam præbet, videlicet inflamma-  
tio quę ipsum in tabem cōiicit, atq; mox febre comite-  
totum contabefacit corpus. Quod malū si diutius du-  
catur, instrumentis quę respirationi obsecundant im-  
becillitatem inferet, innumeris irruentibus in ipsum  
malorum lernis. Abscessus qui vel ex hostili succo, vel  
ex vento iam in hepatis cauernis, iam vero in superfi-  
cie eiusdem carinata conuexaq; prorumpit, miris mo-  
dis locinoris formā deuastans flatuoso spiritu, vt dictū  
est, intus aliquādo sāuiente. Nam superuenientia ac-  
cidentia febrem inducunt; dum enim inflāmatio, aut  
flat

flatuosus spiritus hepar occupat, dolores generantur. Fatis cit deniq; propter præclusionē, verūm mediocriter & cum quodam ponderis sensu potius quām instans doloris. At vehementius afficitur propter humorē aut flatuosum spiritum, qui angustat & occupat quęq; vicina hepati, hinc illius potentia obruitut, hinc scirrhī aliiq; durities, hinc constipata præclusio, vlcus, & similes morbi. Quæ infirmitatum genera quatuor facultatibus præcipuis in humana natura bonis si pari gradu incedant insidiantur, & infando bello obruere virtutem earum conantur, aliasq; super aliis ægritudines inducentes, corpus omne fœdo lurore & colore buxeo obducunt, qui innumeris & multis accidentibus ipsum retorquent, aqua nempe inter cutem, morbo regio, & similibus, de quibus prius. Quare qui sanitati studere volet, partium instrumentalium symmetriā debet existimare, ne hac confusa, aut potius neglecta, hominis totius harmonia turbetur exordinetur ue. Hanc igitur meliustuebitur is, qui studiosior medicorum scripta perlegerit, & nocturna manu diurnaq; versarit.

\* Ab iecoris inflammatione singultus, malo est.

Hip.sen. 17. par.7 Apho

\*Quorum iecur suppuratum aduritur, si pus effluit purum & album, evadunt: his enim pus conclusum in membranula est. Sed si qualis amurca est, tale effluxerit, intercunt. Hip.sen.46 par.7 Apho.

\*Qui ardore iecoris admodum cōflictantur, his febris superueniens leuat dolorem. Sen.57 par.7 Apho

\*Quibus iecur aqua repletum in omentū erumpit, his venter aqua impletur, atq; ita moriuntur. Sen.56.p.7.

De Liene. Cap.XXXI.

Quis

## DE MEDENDI MODO

'Varia admodum esse conuiuatorū inge-  
nia neminē latere arbitramur: necq; his  
argumentis obscurū relinquitur, quippe  
videmus nonnullos, qui nūgī sese fabu-  
lisq; scurrilibus oblectant, alij certe an-  
naliū aut historiarū rerumq; bellicarū re-  
citatione capiuntur; multorū animos res  
musica demulcit: alea placet alijs: no-  
uarū rerum cupiditate tenentur cæteri.  
Porro Baccho sacra facere, atq; de pocu-  
lorū magnitudine certate, hēcq; strēnue  
exicare, q; alioqui cōmessationes nullæ  
forent, gratum q; plurimis. At quotus  
quisq; inuenit, vel religione pius, qui  
diuinarū rerum aut philosophicarū sola  
meditatione ne dicā disputatione in mē  
sa occupari gaudet. Neminē pfecto me  
vnq; repperisse memini, vno dempto al-  
bæ mehercle gallinæ filio, ornatissimo sci-  
licet pīssimo fynce rīssimo (iam spūs me  
deficit, sed huius dignitate virtuteq; ad-  
monēte respiro) equissimo doctissimoq;  
viro Dño ac meccenate meo D. Ioanne  
de deynsen, Abbe de Baudeloy, q; op-  
timum per dñū merito, cui nihil autiquius  
est, aut gratius vnq; esse potuit, q; pran-  
dendo aut cœnando reficiendi videlicet  
corporis gratia, etā aīam nobiliorē hoīs  
partē diuinę atq; adeo humanæ philoso-  
phię disputatione pascere: impium, sceleratū  
ducēs, corpus putrē certe arui-  
nam alendo, hāc negligere. Quod hoc de  
liene caput perspecte testatur: Nam vna  
dierum inter prandendū vbi de humani  
corporis symmetria ac cōpositione secū  
disceparē, hēc quanto ingenio ac indu-  
stria tractauerit, haud facile dixerim.  
Proindeq; ne surdo ea cecinisse opinare  
tur, chartæ cōmittere edereq; non incon-  
sultū visum est. Talibus enim q; grauissi-  
mis imo de omni genere philosophię dis-  
ceptionibus in mensa delectari consue-  
vit: tametsi nō nunq; oīm horarū hoīem  
agēs, sese & tēpori, & conuiuarū cōditio-  
nibus.

Q Vis patiens se contineat?  
quis non propriæ suggil-  
lator naturæ fiat, aēstimatorq;  
sanè sui hoc est miseri homūcio  
nis, & potis suæ describendi na-  
turæ proprietatē. Sursum deor-  
sum scilicet omnia miscentur,  
dum in hāc lucem editur, iacet  
animal flens fesceninos merē  
sonos eiulans: hinc intellectu ro-  
bustior redditus prouidentior,  
vach quē illum tunc circumstāt  
curæ: qui metus? quæ mētis exā-  
gitatio? Iam incipit delibare an-  
gustias, & considerare labores &  
dolores, aduersus quos ne vnuſ  
Hercules quidem suffecerit, ne  
dicam vesculus homuncio. In-  
teriora quæ sunt vtcunq; mode-  
rari queant & in eodē statu per-  
sistere, aduersus exterius tamen  
incursantia mala, quis inquam  
suffecerit, quibus obiciuntur  
sensus: & quidem sagacitate na-  
turæ expedita vitari possunt, si  
non penitus auerti. At quod in-  
terioribus abditisq; sicut malū  
pestilentius & crudelius, nec cui  
nisi cum periculo summo me-  
decaris, atq; si dicere ausim, nisi  
cum quapiam diuinatione fre-  
quē

quenter & cæca ratiocinatione. Nam exordia nostra ipsi & si nō penitus ignoremus, tamen non expeditè cognoscimus, nec quid expediāt substructioni nostræ lulciosi arbitramur. Rude hoc & informe chaos picturus & eli maturus Summus Artifex, licet de sua lucis portione a liquā in diderit scintillā, qua præuia ipse micaret in tenebris, conseruare turq; tamē non ita tutatus est, & aduersum incumbentia spicu

nibus accōmodet. Vetus tamē semper volens, facta impudica obsecēns verbis condita commemorare. Obrectatorum præterea latratib; aurē præbere, aut locū dare, pestilentius putat nihil. Scio profēto q̄ acriter absentē meā aduersum suos medicos defenderit innocentia, effutientes me neglecta ægrotū ætate, medica menta plus satis fortia meis obtrudere. Sed de hoc alibi. Hoc saltem iam vobis persuasum cupio, hunc tantū æquitate, prudentia, fortitudine, cæterisq; virtutib; abbatibus oībus, quos mea vbiq; no uerit ætas, antecellere, quantum diuitijs (citra offensam) inferior censem: qua propter vere omnium princeps dici me retur, & debet: quod profusius alias eō docebitur.

la securus, quin alia multa sint sæueriora quam quibus effugiendis præsens esse queat, vt in prædictis satis patuit. Cum igitur ita se res habeat, quis nostri corporis fūtū ēst wdlaw fatis mirari valeat? Quod ratione deniq; & sensu Deus communiuit. Neq; his contentus, ne frustra quicquam aut inaniter creasse videretur, vnicuiq; viscerum proprium officium incredibili vtilitate indidit, quo sibi inuicem vicissitudine quadam inseruerent, nam ab hoc detrahitur quippiam cui mutata vice redditur & aliud. Nec ab opera cessatur vñquam, nisi ratione abiecta desipiamus. Multum igitur à veritate alieni fuere Epicuri, qui athomos ita fortuitu coi re asserebant, vt animal efficerent, quod naribus odo raretur, oculis videret, auribus audiret. Quid: quam absurdā Lucretii sunt deliramenta, bone deus quam à ratione deuia. Neq; Pythagoræ amentis tamq; ridiculè insanientis erronea accipienda est ratiocinatio, qui se rectius vxisse atq; liberius vociferabatur, cùm esset

## DE MEDENDI MODO

rana quām quū esset rex, scilicet coaxare maluit quām  
sapere, quām Creatorem suum suspicere, quām Deum  
summum adorare, postremo quām seipsum cognosce-  
re: tam illi dulce fuit à vero aberrare. Alter maximus  
atq; diuinus ille Plato, longè inquam aliter sensit, qui  
naturæ gratias agebat, quòd homo natus esset: nimis  
pecorum faciem formamq; examinans: contrà, humani  
corporis candidam dextram omni artificio absolutam  
admirans procreationem, animacerte rationali decora-  
tam. Nec particula quantumuis exigua in eo esse po-  
test quæ hac careat, quum per eam luis fungatur mi-  
nisteriis. Hepar enim de quo proximo capite dictum  
est, sanguinem generare qui posset, nisi illi anima quic-  
quid haberet virium suggereret. Itidem de reliquis  
visceribus æstimandum. Lien deniq; ad quē iam deue-  
nimus, quid in corpore moliretur efflata anima, profe-  
cto nihil. Sed ne prolixiores proloquii tædio patien-  
tiam lectoris euulnerem, ad capit is de liene summam  
festinandum. Lien igitur Græcè αἼην, apud veteres lœvū  
hepar dictū, in sinistra parte visitur. Qui si auferatur  
homini, simul adimi risum putant nonnulli. Mirum  
quòd intemperantiam ioci constare lienis magnitu-  
dine putant, quum ex succo grosso & seroso ceu seno  
sanguinis nutriatur à iocinore per demeaculum quod  
ab hepatis concauo ad ipsum protenditur, ipsum exu-  
gens, ac in atram bilem perfectam nisi deliret mutans.  
Sui nanq; minimè negligens, quicquid sibi commodū  
est, in sui naturā conuertit, transsubstantiatq; : reliqua  
vero à se degenerantia, vel qualitate, vel quantitate  
disseparat, amandatq; vel ad intestina viscerum for-  
dium facultarum receptacula, vel ad os ventriculi  
discu

discutit suo cuiq; loco commodus. Iam igitur constat  
quot eius sint demeacula, qui ductus, & ad quę natura  
facti. Est insuper lien villis quibusdam contextus, &  
neruosa panula irretitus, quę diaphragmati alligata est  
à Cyphach, vt vocant, ortum habens. Iam liquet, cur  
lienosi, aut qui magnitudine lienis superantur, vel ali  
quo eius vicio, frequenti anhelatione lassentur. Huius  
præterea ægritudines nominatim perstringere, quum  
non præsentis sit instituti, & apud principes medicos  
recenzeantur, atq; eiusdem sint farinæ ferè cum iocin-  
oris malis, et si diuersis accidentibus ægrū molestent,  
in præsentiarū supersedemus, ad renes stylū vertentes.  
\*Lienosis difficultas intestinorum superueniens, bono  
est. Hip. Sen. 48. par. 6. Aphon.

\*Lienosis qui à difficultate intestinorū capiuntur &c.  
vt prius de diff. intest. Sen. 43 par. 6.

### De Renum tormentis. Cap. XXXII.

**R**Enes, teste Varrone, sunt dicti, quòd riui ab his ob-  
sceni humoris defluant: nam positi sunt in septi-  
ma vertebræ spina, vbi & lumbi assignantur. Colore  
sunt subliuidi, foris recti, intus autem incurvi & con-  
caui seu cauernosi, quorum dexter sinistro est altior, &  
minus pinguis sicciorq;. In quibus quatuor esse faculta-  
tes nemo dubitare debet, nisi is qui Asclepiadis errori  
bus seduci gaudeat, qui hos à facultate attractrice im-  
munes esse asseuerabat. Quid nanq; reliquæ virtutes  
sine hac quarta illis vsui esse possent. Sed de hoc pro-  
fusius alibi. Mihi profecto persuadeo, quòd si his no-  
stris arrigere aures Asclepiades non grauaretur, cum  
mutaturum sententiam. Habent equidem cum cæte-  
ris visceribus quatuor virtutes & renes, qui vt dictum

## DE MEDENDI MODO

est, cauernosi adipe circumvoluti, opere quodam natu-  
ræ & intelligentiæ aquosum liquamen iocinori super-  
fluum hauriūt, inde in vesicam per canaliculos ab his  
prodeentes insinuant, virtute præsertim attractiva sa-  
tis valida, quæ si dejecta ab æquilibrii sui modulis ab-  
erret, aliarum virtutū operationibus delirandi ansam  
præbet: hinc ægritudinū oritur farrago, videlicet ab-  
cessus, exulceratio, diabetes quod parum admodum  
à leuitate intestinorum dissidet, nam in hac quæ edun-  
tur immutata discuti prius astruximus, in illa vero  
quæ bibuntur parum vel nihil mutata per pudenda  
effluunt, quod etiam aliquādo vesicæ vitio contingit.  
Est præterea renum malum calculus, immanissimus  
Erasmi nostri literarū facile principis carnifex. Cuius  
triplicem autores ponunt differentiam, à colore sci-  
licer lapidis, lociq; ratione desumptam. Nam si per pu-  
denda discussus croceatus fuerit, è renibus elabi aiunt.  
Verum si diuersi existētes coloris, altera hemicycli fa-  
cie croceatus, in altera vero ad niueum tendat, ex vre-  
bris prodire volunt. Si vero vbiq; albedinem ostendat,  
hunc vesicam generasse, eaq; expulsum dicunt. In hūc  
igitur modum sumuntur calculi diuersitates, quas ne-  
quaquam in medendi modo oportet negligere. Nam  
horum occasione medicus curandi dexteritates varia-  
re cogitur. Non enim omnia omnibus conueniūt. Cu-  
iuscumq; tamen coloris fuerit lapis, aut quo in loco ge-  
neratus, ex viscido peruersoq; humore conceptaculis  
inhærente & tandem exiccato cogi conspicatur, dol-  
orem infert validissimum, qui difficulter à colico cru-  
ciatu distinguitur, propter locorum in quibus vterq;  
furit vicinatem. In distinctione nanq; horum dolorū

Gale

## LIBER SECUNDVS Fo. 82

Galenus alterius torturam sentiens sibi imposuit, Iongo tamen rerum vnu atq; experientia doctus, tempore afflictionum harum talem sumendam differentiam commonstrat. Colicum enim malum, in quo retrimenti sterorum constipantur atq; inhibentur, cibo potuq; irritatur, fitq; dolor inhumanior quidē. At contrā in hoc renū cruciatu, tum in illo nausea & vomitio q̄ in hoc vehemētius atq; periculosius ingruunt, & voluulo monstro omnium teterrimo, ægro extremū vnguem minitātur. Renū insup dolor pertinaciter s̄auit, iugiterq; luctam imò luctum exhibet, eidemq; inhārens loco: illius nanq; dolor hinc inde incertas occupat sedes vagabundus. Neq; tamen intantum elongatur à septo transuerso, quantum renū dolor, tum demum tumultuosus colici doloris conatus renū dolore validior. De reliquis renū malis tacemus.

\* Vteri aut recti intestini inflammatione vrinæ stillicidium accedit, renibus etiam purulentis vrinæ stillicidium sequitur. Iecoris inflammatione singultus accedit. Hip. sen. 58. par. 5. Apho.

\* Vicia renū & vesicæ senioribus difficulter sanantur. Hip. sen. 6 par. 6 Apho

\* Viciis atrabilis & renū si mariscæ superuenerint, bene erit. Hip. sen. 11. par. 6 Apho.

\* Quibus vrina bullat, his fore morbum renale & longum significat. Hip. sen. 34. par. 7 Apho

\* Quibus sedimen pingue congestumq; est, his renale vicium acutum indicatur. Hip. sen. 35. par. 7

\* Quibus igitur vicio renali detentis prædicta accidūt signa, eos dolores circa musculos spinæ fatigant: qui si locis exteriorib. accidunt, abscessus quoq; futuros eodē

## DE MEDENDI MODO

existimato. Sed si interioribus magis laboratur, intus  
abscessus quoq; fieri expecta. Hip.sen. 36 par. 7  
\* Si sanguis aut pus effluit per vrinam, exulcerationē  
aut renum, aut vesicæ significat. Hip.sen.75 par.4  
\* Quibus cum vrina crassa carunculæ, aut veluti capil  
lamenta exeunt, ex renibus iis excernuntur. Sen.76 p.4  
\* Quicunq; sponte sanguinem mingunt, iis venulam  
in renibus ruptam esse significatur. Sen.78 par.4

De Vesica. Cap.XXXIII.

**V**esica sicut vas aqua, ita de renibus vrina collecta  
completur, & humore percolato distenditur. Cu  
ius vius in volucribus non babetur. Vrina dicta ex eo  
quod vrat, siue quod è renibus egeratur, cuius indicio  
& salus monstratur, & ægritudo præsagitur futura. Hic  
humor lotium vulgo dicitur, eo quod lata eo vestimente  
ta, munda reddantur, vel à diluendis corporibus. Infra  
aluum est à priore parte vesica, neruea, penè exanguis  
& frigida, paucas habet venulas, cuius continuitas si ca  
su quopiam soluta fuerit, non coalescit, aut curam re  
cipit, quemadmodum neq; qua cerebrū aut cor inuol  
uitur membranula. Hominum quibusdam, ut diximus,  
diro cruciatu nascentes calculi & veluti setarum ca  
pillamenta insunt. Vesicę fœminis iungitur vtriculus,  
quem alio nomine locos appellant, vuluam nonnul  
li, in muliere geminos sinus ab vtraq; parte laterum  
habet. Funebris quoties versa spiritum strangularit,  
Illa quoq; ratio examinata diligenter, & curiose inqui  
sita, quod vesica quum sit ab intestinis semota, nec vi  
lam habeat fistulam qua vrinam exorbeat, completur  
tum humore atq; distenditur. Id quomodo fiat, nō est  
operosum perlspicere. Intestinorum enim partes, que ab  
aluo

## LIBER SECUNDVS

Fo. 83

alio cibum potumq; suscipiūt, patentiores sunt quām cæteræ spiræ, & multo tenuiores. Hæ vesicā ambiunt & continent, ad quas partes cum potus & cibus misti (licet sciam diuersas de hoc sententias proferri ab eruditis) peruenient, simum quidem incrassescere & transmittere per posticum, humor autem omnis per illam teneritudinē percolatur, eumq; vesica absorbet & colligit, vt foras qua natura exitū patefecit, emittat. Aristotleles subtilis naturæ inspecto, ex medio renum inquit, singulorum venæ singulæ neruosæ dependent, spianam prætereūtes ipsam angusto itinere, tum in vtrāq; abolentur coxam, ac denuo ibi porrectæ apparent, demumq; in vesicam descendunt. Hæc enim vltimo loco polita est meatibus annexa, illis porrectis à renibus ad ceruicem vrinarium producentem meatum, & ferè circumundiq; extenuatis in fibras membranulis proximis quodammodo septo illi transuerso pectoris deligata. Est profecto vesica hominis proportione quām cæterorum amplior. Non hoc loco autorum placita recensebo, qui magna cura scrutati sunt (quāquā in multis sibi controuersi) quo pacto plantula humana se ratur, quem laboris huius soporisq; per membra sparli edant titillum homines, per præcipitia sāpē ruent es, quæ basis, quis prodromus, quis exitus sit, Hippocratē cōsulant & Gale. aut si malint, seipso debito iure cōnubii illectos & irretitos. Huic igitur parti cuius actio partim naturalis, partim voluntaria est, multi morbi imminent, videlicet vlcera, calculus, vt sup. læsio, corrosio, scabies, dislocatio, mollificatio, nuda debilitas, dolor, vrinæ ardor, difficultas mingēdi, fluxus vrinæ inuolūtus, diabetes, lotii retentio, quā <sup>in expiā</sup>, stillicidiū eiusdē quod

Semētinū  
humorem  
dicunt ex  
vtraq; vesi  
cæ parte si  
cut fauum  
pullulare;  
de his venę  
de vtraq;  
vrinarię fi  
stulę parte  
pudenda  
petunt.

## DE MEDENDI MODO

quod ~~spurius~~ vocat, & similes. Nam Ilion ex stillicidio  
vrinę superuenire Hippocratis mens fuit. Sed spurium  
putat Galenus, conuincens eum hunc fermè in modū.  
Ego inquit, multos me puto in tota vidisse vita, non  
nullos tantum periclitantes, non paucos etiam mor-  
tuos, nō potentes mingere, quibus tunc manifester om-  
nibus secundum propriam circumscriptionē plena vesī-  
ca apparebat, adeò quod supra modum erat extenta, &  
dolor ut par est inde accrescebat, quorū nullus factus  
est iliosus. Quomodo igitur quisquam persuaderetur  
vnquam ob vesicæ inflammationē angustiore facto in  
testino Ilion prouenire, non magis sanè q̄ ex tumore  
uteri in muliere grauida, atqui eius tumor v̄sq; adilia  
extenditur, & magis premere potest atq; angustare in  
testina tenuia: vesica verò si in tumorem attollatur,  
solum potest rectum intestinum premere. deinde post  
pauca. Multitudinē igitur crudorum humorū vnā cū  
multa frigiditate, melius est talium in ilio casuū, qui  
dicti sunt causa arbitrari. Malè igitur cōsultus nuper-  
rimè exhibuit medicinā, qui morbos vesicæ è frigido  
Noti & crudo collectos, pharmacis constrictissimi frigoris  
medelē emendari voluit, quæ magis ad calorem naturalem si  
qui residuus mansit, extinguendum erant q̄ adminicu-  
lentur. Horum prædictorum morborum causas, atq; af-  
flictionis modos iam enarrare omittimus, ne hæc no-  
stra fœtura in immensum euadat atq; excrescat, & plæ-  
ræq; notiores sunt q̄ inculcari debeant. Optima autem  
est malorum fuga, si cui per salutem dabitur qui iam  
euasit, ne recidat satagere.

\* Morbi p̄ imbr̄s. &c. vt prius de morb. Hip. sen. 16. p. 3

\* Autumno magna pars æstiuorū, &c. vt prius de mor-  
bo.

bo. Hip. sen. 23. par. 3. Apho.

\* Adultiorib. iā tonsillæ. vt prius de morb. Sen. 26. p. 3.

\* Maiorib. natu &c. vt prius de morb. Sen. 31. par. 3

\* Quibus vrinæ crassæ, grumosæ & paucæ sunt, nō sine febre: si tenues & copiolæ prodierint, proderunt, maxime vero tales exeunt iis qui statim aut breui sedimen habent. Sen. 69. par. 4. Apho

\* Quibus vrina turbulenta qualis iumentorum est, iis dolor capitis vel adest, vel aderit. Sen. 70. par. 4. Apho

\* Quibus septimo die iudicatur ad salutem, iis vrina quarto die nubeculam habet rubicundam, & reliqua ex ratione. Sen. 71. par. 4. Apho.

\* Quib. ilia suspēsa murmu. &c. vt prius de intest. S. 73. p. 4

\* Quib. in articulos abscessur. &c. prius de naso. S. 74. p. 4

\* Sanguis aut pus, &c. vt prius de renib. Sen. 75. par. 4

\* Quib. cū vrina crassæ. &c. vt prius de renib. Sen. 76. p. 4

\* Quibus cum vrina crassa furfurea quædam exeunt, iis vesica scabie confecta est. Sen. 77. par. 4. Aph.

\* Quicunq; sponte sanguinem mingunt, &c. vt prius de renibus. Sen. 78. par. 4. Apho.

\* Quibus in vrina desident arenosa, iis calculo vesica laborat. Sen. 79. par. 4. Apho.

\* Si quis sanguinē mingit, & grumos & gutratim emit tit vrinā, ac dolore ad ventrē imum & pectinem & fœmen vexatur, morbis circa vesicam laborat. S. 80. par. 4

\* Si quis sanguinem, aut pus, aut squamulas mingit, & cum graue olentia in vrina, exulceratio vesicæ significatur. Sen. 81. par. 4. Apho

\* Quib. in vrinaria fistula tubercula oriuntur, iis sup puratione facta & eruptione leuatur dolor. S. 82. par. 4

\* Mictio noctu copiose facta, exiguum fore deiectio-

nem

## DE MEDENDI MODO

nem significat. Sen. 83 par. 4 Apho

\* Excreta in febribus non interpollatis &c. ut prius de sputo sangu. Sen. 47 par. 4

\* Vicia renum & vesicæ senioribus difficulter sanantur. Sen. 6 par. 6 Apho

\* Si vesica præsciditur, aut cerebrū, aut cor, aut præcordia, aut aliquid ex tenuiorib. intestinis, aut vēter, aut iecur, letale est. Sen. 18 par. 6

\* Quibus febricitantibus vrinæ sedimentum speciem farinæ crassioris refert, longam ægritudinem fore significat. Sen. 31 par. 7 Apho

\* Quibus sedimen biliosum desuper tenue est, acutum significat morbum. Sen. 32 par. 7 Apho

\* Quibus vrina deducta disiecta est, his perturbatio vchemens in corpore est. Sen. 33 par. 7 Apho

\* Quibus vrina bullat, his fore morbum renalem & longum significat. Sen. 34 par. 7 Apho

\* Quibus sedimen pingue congestumq; est, his renale vicium acutum indicatur. Sen. 35 par. 7 Apho

\* Quæ per vesicam excernuntur, conspicienda sunt, antalia sint qualia excunt sanis. Sen. 65 par. 7 Apho

\* Difficultatē vrinæ vena incisa soluit, incidendæ sunt interiores. Sen. 36. par. 7 Apho

\* Stillicidium & difficultatem vrinæ potio vini & de tractio sanguinis tollit, incidendæ sunt venæ interiores. Sen. 49 par. 7 Apho.

De Mulierum malis Vtero accidentibus.

Cap. XXXIII.

**A** Deò sunt multa muliercularum vteros incurvantia mala vt delassare queāt patientissimum quēuis auditorem; his depellendis totus sudat Hip. rotus suc

succenturiatur Galen. illius lampada prendens. Mirus in illarum natura fabricanda Deus, mirabilior sanè q̄ quis verbis explicet. Hanc veluti regiam excitauit habitaturo & singendo homini, quem ex rudi chao indigestaq; mole compositum, quasi à longe accitum hospitem susciperet, & præficeret vniuersæ creaturæ conditæ, & veluti ius concederet & principatū mundi huius visibilis: verùm ista aliàs vbi de anima nō nihil cōmentabimur. At vt de vtilitatis hominis cōmodatisq; vncia plusculum aspersit, ita hæc bona, hanc conditionem sic condiuit, vt plurimum dolorum cruciūq; reliquerit, quibus hominem veluti exerceret, & voluptatū præludia in parentibus patrantibus pensaret, vtq; suum modulum scirent mulieres, & condiscerent subditæ esse viris, non præcurrere. Per omnium enim matrem legem acceperūt doloris, in quo pariturae essent filios, quæ adeò capitalis & seuera illis instat, nec quicquām de austерitate remittēs perpetuò stringit & eas colligat, vt quotquot vñquām extiterint medicinæ professores & veluti mistæ, non potuerunt huius legis tēperare furem, adeoq; hominum industria destituta inuenitur, vt animantia propemodum si non ratione quæ illis paucavel nulla inest, saltē necessitatis instātis depellendæ iniuria compertiora sint reperta remedia. Quis enim mortaliū lapidem aëtitēn noscet, nisi aquile beneficio, qui è nido illius arduo & excelsō subductus pariturae aggeritur, & adiicitur fœminæ, quò facilis nixu puerum funditet. Cesso alia animantium ingenia erga fœtus suos mirari, ne ad Iliada scribendam prouolet calamus. Cæterum præter prius dictas ægritudines, quæ & viris & fœminis sunt communes, pecu-

Profectō  
nō raro in  
cōtrariū ni  
tunf, vt cer  
to certius  
cēmere de  
tur q̄ persi  
dū animal  
ac dolo ma  
lo consarcī  
natū sit mu  
lier, vbi ad  
ingeniū p  
labitur.

## DE MEDENDI MODO

liares quasdam mulier patitur, quæ vnius vteri loco  
insidiantur. Verum cateruam hanc veluti ex duratæo  
equo erumpentem citare superuacuum existimò: pre-  
cipuū meminero atq; hoc è Plinii studiosissimi labo-  
ribus mutuatū. quir enim in furto malim depræhendi  
quàm mutuū fateri? Solum, inquit, animal menstruale  
mulier est, in vnius vtero quas appellarunt molas, ea  
est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respu-  
ens, mouetur fistitq; menses, & vt partus aliâs dentalis  
aliâs vna senescens, aliquando aluo citatiore excidens.  
Sed nihil facile reperitur mulierum profluvio magis  
monstrificū. Acefūt superuentu musta, & reliqua quæ  
indidem desumpta leges. Mirum adeò ex hoc tam  
tetrico malo etiamnum antidota parari aduersus cam-  
pas seu erucas animal olus depascens & arboribus no-  
ciuum. Huius remedii vis profecta ex Columella lib.  
decimo annotatur hunc in modū, sanè carmine quod  
demorsos sapiat vngues.

At si nulla valet medicina repellere pestem,  
Dardaniæ veniunt artes, nudataq; plantas  
Fœmina, quæ iustis tum demum operata iuuentæ  
Legibus obsceno manat pudibunda cruento,  
Sed resoluta sinus, resoluto mesta capillo,  
Ter circum areolas & sepem ducitur horti,  
Quæ cum lustrauit gradiens (mirabile visu)  
Non aliter quàm decussa pluit arbore nimbus,  
Vel teretis mali, vel testæ cortice glandis,  
Voluitur ad terram distorto corpore campe.  
Atq; haec est generando homini materia, hoc rudimē-  
tum semine è maribus coaguli modo hoc in se glome-  
rante, quod deinde tēpore ipso animatur: contra quos  
dam

dam, qui conantur afferere animam vñà infundi cum  
 opere prolifico, quod alibi à nobis discutietur. Miseret  
 inquit Plinius, atq; etiam pudet æstimantem quām sit  
 friuola animalium superbissima origo. His principiis  
 nascuntur tyranni, his carnifex animus, adscribe cæte-  
 ra si placet. Taceo de prodigiosis partibus, quos idem  
 Plinius cōplures citat, & nostra memoria, pdigiosiora  
 monstra ædita sunt, quām vt ab aliis mutuemur, natu-  
 ra nos illudente, & incontinentiam plurimorum casti-  
 gante. Attamen matrimonii ius sanctiss. cui & ego ini-  
 tiatus sum, vt excusabile est, ita quadam tenus limites  
 quosdam seruare par est. Nos enim qui Christum im-  
 bibimus, & à teneris illius leges edocti sumus, sanctissi-  
 mi sacramēti purgatione cluimur & sanctificamur, ve-  
 lamen habentes iuris & legis protelariæ, & omnē iniu-  
 riam in filiis, si in iusticia & sanctitate addiscant vt in  
 viros perfectos abeant, asserimus. Qui autem vaga li-  
 bidine Cynici feruntur, & in adulterinos amplexus ru-  
 unt (adulterium voco quicquid non est ex lege natu-  
 rali) & currucas pinsunt, hos iudicaturus erit Deus. Re-  
 mittovos ad Lactati Firmiani de opificio dei detesta-  
 tionem & castigationē sanè seueram. Sed ad rem. Ma-  
 tricem vocant cubile infantis, in quo iusto temporis  
 præscripto in matris vtero nutritur: hæc ex neruis so-  
 lidioribus conflata, sordidis totius corporis eluuiebus  
 obnoxia: huc multæ destinantur venæ à principibus  
 quasi membris: per hanc purgātur quolibet mense mu-  
 lieres, nisi facultatibus eius inualidis intēperie vel tu-  
 more præter naturam contabescat: quo accidere con-  
 suevit, vt menses vel supprimantur penitus, vel nō suis  
 legibus demittantur. Horum causæ quemadmodum

In fine Iuli  
 Anno. 1538.  
 mulier que  
 dam pepe-  
 rit geminos  
 fœmineise-  
 zus folovē  
 tre, vnicō  
 vmbilico  
 tantū insi-  
 gnito col-  
 ligatos.

## DE MEDENDI MODO

& obstructionis si foris enatæ fuerint medelam admittunt, si per genituram naturalem illecebra innata fit curam refugit. Quibus hoc accidit, tantisper dum hęc dispositio eas infestat vel solidioris aut prouectioris ætatis non concipiunt nec pariunt. Nonnullis singulis mensibus quod per matricem corriuari debebat natūræ excrementum, & si per nares probè abeat, non tamē concepta seu admissa genitura harum uterū intumeſcit, nisi per purgantur per locum huic purgamento cōmissum mandatumq;. Huic malo si accesserit genitalis seminis violenta constansq; retentio, uteri supernascitur suffocatio, quam frequenter subsequitur animi deliquium, quod spiritum intercipiens cito iugulat aut in desperationem cumprimis adducit. Sed stylum flecta mus ad eas ægritudines quæ se curæ permittunt diligentiæ, quæq; ex mēstruis retentis nascuntur: hæ menses purgationes molitus præmonstrat. Maturè igitur descendē sunt, alioqui per incuriam corpus extenuatur, & prius fertile sterilescit. Sunt præterea matricis mala cōplura, vt est eius prolapsus, abscessus, conuulsio, peruersio, & quævis à suo loco mutatio, rima, mola, vt supra diximus, conceptionis difficultas, difficilis & fatigens partus, aborsus, qui aliis sequentibus morborum furīis ob secundinam obstetricum incuria in matrice relictā. Iodoci Donaes amici nostri haud vulgaris vox rem prostravit deleuitq; è medio. Nam Gomorrea aut riasis etiam viris communia sunt, de quibus tacemus mala. Non enim omnium auribus mandari conuenit, nisi

nisi forte qui medicæ rei studiosi sint, & magis iuuari quærant quām nocere. Quærunt enim peruersi homines naturæ contumeliam vertere in famæ suæ patrocinium, ne videantur esse quod sunt: atq; hinc sapronus ille ægritudinum fructus. Quibus tamen cordi est, ut dixi, hi Hippoc. legant, Aristotelē, Galen. Dioscoridē, Plinium, & cæteroseius notæ, ad quos eos relegamus. Non possunt enim omnia in libellum cogi minutulum. Poterat hic Noti nostri fœtus mortui euocatio mirabilis imò miserabilis infusciri, qui ad certamē luctuosa parturitionis conuocatus, ut fœturam quæ animi effuderat propelleret, non Iunonē, non Lucinā, ut opem ferrent inuocabat, at Capi carnem fartim cōscissam vino dilutā atq; admixtam exhiberi iussit: egiūm scilicet medicamentum. At si à potioribustemperamus, neq; huic fabulæ locus esto.

\* Mulieri quam via vteri infestant, aut quæ difficulter parit, si sternutamentū supuenit, bono est. S. 35 p. 5.

\* Si vterus in coxa positus suppuretur, lineamentū recipiat necesse est. Hip. sen. 47 par. 5 Apho

\* Quibus vteri os durum est, his compressum id esse necesse est. Hip. sen. 54 par. 5 Apho

\* Vteri aut recti intestini inflammatione vrinæ stillicidium accedit, renibus etiam purulentis vrinæ stillicidium sequitur. Hip. sen. 58 par. 5 Apho

\* Si mulieris prægnantis vterum ignis sacer infestat, le tale est. Hip. sen. 43 par. 5 Apho

\* Menses ducūtur suffitu aromatum, quæ sāpe ad alios usus reciperentur nisi caput tentarent. Sen. 28 par. 5

\* Mulieri sanguinem euomēti si menstrua eruperint, Ieuatio mali contingit. Hip. sen. 32 par. 5.

## DE MEDENDI MODO

- \* Mulieribus mensibus deficientibus si sanguis è nari-  
bus fluxit, bono est. Hip. sen. 33 par. 5 Apho
- \* Si mulieri menses decolores, nec semp eodē tempore  
proueniunt, purgatione opus esse significatur. S. 36 p. 5
- \* Si menstrua sistere placet, cucurbitulam grandem ap-  
pone ad mammae. Hip. sen. 50 par. 5 Apho
- \* Si profluvio mulieris conuulsio aut animæ defectio  
superuenit, malo est. Hip. sen. 56 par. 5 Apho
- \* Si menstrua immodice fiunt, morbi accidentunt: & si no-  
fiunt, morbi matricarii accidentunt. Hip. sen. 57 par. 5
- \* Si mulieri grauidæ menstruæ purgationes prodeunt  
fieri non potest ut fœtus bene valeat. Sen. 60 par. 5
- \* Si mulier non pregnans non puerpera lac habet, men-  
strua eius defecerunt. Hip. sen. 39 par. 5 Apho
- Concep-  
tiōis in-  
dicia.  
\* Si mulieri menstruæ purgationes non prodeunt, nec  
horror aut febris superuenit, & fastidia accidentunt, graui-  
dam esse arbitrare. Hip. sen. 61 par. 5 Apho
- \* Si nosce libuerit an mulier grauida sit, mulsum ei bi-  
bendo dabis cum itura cubitū sit, post deinde si venter  
torquetur, grauida est: si minus, non est. Sen. 41 par. 5
- \* Si mulier non concipit, & scire libuerit an concipere  
posset, obuolutam sufficies infra. Nam si odor per os  
ad nares transmitti videbitur, non esse sua culpa steri-  
lem cognosces. Sen. 59 par. 5 Apho
- \* Mulieres quæ præhumidos habent vteros, concipere  
nequeunt. Quæ etiam frigidos spissosq; habent, non co-  
cipiunt, fœtus enim extinguitur. Nec non siccii & admo-  
dum calidi concipere non possunt, genitale enim semē  
corruptitur propter inopiam alimenti. Quæ autem  
ex vtrisq; modice temperatos obtinent vteros, hæ va-  
lent fœcunditate. Sen. 62 par. 5 Apho

Quæ

\*Quæ præter naturam crassæ concipere nequeunt, his  
vteri os ab omento comprimitur, ita impleri donec ex  
tenuentur non possunt. Sen. 46 par. 5 Aphon.

\*Fœtus qui mares sunt, parte vteri dextra continetur:  
qui fœminæ, magis sinistro. Sen. 48 par. 5

\*Mulier si marem gerit, probè colorata est: si fœminā  
decolor est. Sen. 42 par. 5 Aphon.

\*Quæ vterum gerunt, his vulua se cōprimit. S. 51. p. 5.

\*Mulierē fieri ambidextrā natura nō patitur. S. 46 p. 7

\*Mulieri grauidæ capi ab aliquo morbo acuto, letale  
est. Sen. 30 par. 5 Aphon.

Abortio  
nis  
indicia.

\*Mulier pregnans sanguine misso ex vena abortum  
facit, & magis si fœtus auctior est. Sen. 31. par. 5

\*Mulieri pregnanti si aluus nimium fluxit, periculum  
faciendi abortum imminet. Sen. 34. par. 5

\*Si mulieri vtero grauidæ mammae subito extenuan-  
tur, abortio sequitur. Sen. 37 par. 5

\*Mulieri grauidæ geminis si altera mamma extenuat-  
tur, alterum amittit: & si dextera mamma extenuata  
est marem, si sinistra fœminam amittit. Sen. 38 par. 5

\*Quibus mulieribus sanguis in vbera colligitur, insa-  
niam indicat. Sen. 40 par. 5

\*Quæ præter naturam tenues vterum gerunt, abortū  
faciunt donec crassescunt, Sen. 44 par. 5

\*Mulieri grauidæ si lac effluit è mammis, fœtum im-  
becillē esse significat. At si mammae sunt firmæ ac so-  
lidæ, fœtum esse validiorem significatur. Sen. 52 par. 5

\*Mulieres quæ mediocriter corporalentæ abortum faci-  
unt secundo aut tertio mense sine causa manifesta, his  
acceptabula vteri plena mucoris sunt, ita ne fœtum cō-  
tinere possint, sed præ suo pondere prærumpat elaba-

turq;

## DE MEDENDI MODO

- turq; partus necesse est. Hip. sen. 45 par. 5 Apho.  
\* Quæ abortum facturæ sunt, his mammæ extenuantur: sed si denuo durescant, dolor in mammis fatigabit, aut in coxis, aut in oculis, aut in genubus: itaq; nō facient abortum. Sen. 53 par. 5  
\* Quæ vterum gerentes à febribus capiuntur, valdeq; extenuantur sine causa manifesta, hæ difficulter parunt & cum periculo, aut abortum facientes periclitantur. Sen. 55 par. 5 Apho  
\* Si mulieri grauidæ &c. vt prius de mensibus capite eodem. Sen. 60 par. 5 Apho  
\* Si mulieri vterum gerenti tentia acciderint, abortū patietur. Sen. 27. par. 7 Apho  
\* Si secunda procidit sternutatorio apposito, nares & os apprehendimus. Sen. 49 par. 5

## De Articulari morbo. Cap. XXXV.

**A**Rthriticus seu articulorum morbus rarer esse so-  
frugalioris vitæ non lascivientis & ad quidvis nau-  
antis erant: faciliq; mensa contenti stabant in diem.  
Nunc omnia in deterius prolapsa videmus: nec dole-  
mus tamen. Mundus ipse cum hominibus immutari  
cernitur, & suo detrimento testatur indignis alimēta  
suggerere se. O curuæ in terris animæ, inquit Persius,  
& cœlestium inanes. Quid iuuat hos mores templis  
immittere Christi. vt faciat indignatio versum. Vos  
estis templum Dei, dicit Paulus, ex quo exigere debe-  
mus omnem habundantiam, aues vendentes & colun-  
bas, Apicos exterminare, & variorum nidorum fercu-  
la, missusq; delere. Non enim regnum Dei est esca aut  
potus, vt ait tuba illa euangelica Paulus, sed iusticia &  
pax

Pax & sobrietas, continētiaq; & cæteræ virtutes, qbus  
 templo Dei viua veluti lampadibus preciosis subrigū  
 tur. In his templis dignatur maiestas tanta habitare,  
 in his sedem ponit diuina sapientia, non in iis qui to-  
 totus dies ad calices vigilanti stertunt naso. Si ille lur-  
 conum grex apud gentiles explodebatur, quid Christi  
 anos facere decet? qui vt Christo sunt dedicati, ita illo  
 digna duce facere par est. Propter enim cōscientiæ læ-  
 sionē, quā ferè semp comitur incredulitas, multi ia-  
 ctantur infirmitatibus variis, imò moriuntur, eo quòd  
 nosipso non diiudicamus, sed in vas putidum & fœtu  
 lentum immergimus medicinā omniū saluberrimā si  
 quis se agnoscat: nocentissimā, si illi nos indignos præ  
 stiterimus. Mirum rogo, si inter Christianos plures  
 morbos est videre versari. Sanè ethnicis præstare de-  
 beremus, at nunc ex diametro vitiis cum eis decerta-  
 mus, victoria profecto pñciosissima adepta: hinc com-  
 manipulares incurvant frequentiores: hinc præ cæteris  
 christianismus in modicos & curtos fines radices iam  
 egit, qui toto terrarum diffusus orbe sanctiis quondam  
 apostolis & Christum adhuc spirantib. martyribus esse  
 solebat, ob degeneres mores & vicia apud antichristia  
 nos nata. Quid enim prius aut quid potius iam habe-  
 tur q̄ quod Galen. elegâter suggillat in sua methodo  
 medic. ita loquens: Iam vel alcæ, vel amorib., vel bal-  
 neis, vel ebrietati, vel comeditioni, vel demum alicui  
 corporis voluptati deditus sancti nō exiguis numerus.  
 Vesperi verò rursum omnes ad symposia publica col-  
 lecti vbi postq̄ vino se impleuere non lyra cytharáue  
 aut aliud musicum instrumentum circumfertur (quod  
 sicut olim in huiusmodi congressu tetigisse hone-

Ob impia  
 & impura  
 Christiano  
 rū vitā hoc  
 nostro secu  
 lo apud eth  
 nicos (proh  
 delor) &  
 Turcas pe  
 ius euange  
 lium audit.

## DE MEDENDI MODO

stum, sic contrà non cōrectasse admodum erat turpe)  
sed nec sermones vlli habētur, quales in symposiis agi-  
tari solere veteres pròdiderunt , nec aliud honestum  
quicquām,imò inuicem sibi propinant, & de magnitu-  
dine poculorū certant,vtpote inter quos optimus cen-  
setur, & maiori honore dignior, non qui plurimi in-  
strumentis musicis , aut etiam sermone philosophico  
vti nouit, sed qui multos eosq; maximos calices exic-  
cauit. Prosequitor cætera quæ mox sequūtur. Vide de-  
niq; Plin. Cap. 22. libri 14 de vitanda ebrietate, & sci-  
es quantis scorpionibus cæsi sint ab eruditis cœnobibi.  
Nos sobrietate ethnicos superare cōueniebat , at nunc  
ebrietate præstamus eis,imò longis parasangis eos præ-  
currimus. Non tot morbi auocant, non tot casus do-  
cent , nulla malorum mouent exempla , & ideo quod  
intriuimus nobis exedendum. Erat hic campus in quo  
indignitatem rei abundè tractaret quis, qui eloquen-  
tiæ habenas quandoq; laxaret , & veternum excuteret  
linguę dicere desitæ. At nos aliis tractandum relinqui-  
mus, in reliquo solliciti. Rhadamāthus ergo hoc fla-  
gro cum pluribus agit, vctigal exigens malè exposito  
rum donorum, & plæruntq; totum exagitat hominem,  
soli ac toti corpori dominatur: & argumēto esse potest  
recentiori mūdo exortum, quum proprio & germano  
careat vocabulo. In quod membrum seueriore lege vti-  
tur, in eo & nomē generat nouum, vt est Chiragra, Po-  
dagra, Coxendix, alibi loca transmutans sortietur no-  
mē aliud. Maximū dolorē infligit, vnde ab atrocitate  
doloris, quæ ζητια dicitur, nomē habet. Quod ipsum te-  
statur ingeniosus poëta: dicēs: Soluere nodosam nescit  
medicina podagram. Raro autem castratos, vel pueros  
ante

anteq; cum fœmina coçant, vel mulieres nisi suppres-  
sis menstruis vexat. Vnde facile est cuius cōlicere, vñ  
de fomenta sua trahat, non secus ac naptha ignem in  
quibus nidiculetur & sœuiat. Hic morbus fit cūm vena  
rum sanguis bile pituitaq; corruptitur, teste Hippo-  
crate, qui quanto tenuioribus venulis inest, maioreq;  
corporis angustia & necessitate, neruisq; & ossibus den-  
sis & multis, tanto lōgior liberatuq; difficilior hic mor-  
bus fit. Plinius testatur rariorem solitum esse, dicens:  
Podagræ morbus rarer solebat esse, nō modò patrum  
auorumq; memoria, verum etiam nostra peregrinus  
& ipse. Nam si Italiae fuisset antiquitus, latinum nomē  
inuenisset. Insanabilis non est credendus, quippe qui &  
sponte definit, & in pluribus curatur. Nam maxima sa-  
lutis pars, inquit Galen., ægro ex balneo cōparabitur,  
ipsis infirmis partibus quæ supuacua sunt excipientib.  
Sunt plura sanitati remedia aduersum hunc morbum,  
quod Dñs Guilielmus Budæus ornatiss. ac peritiss. me-  
dicus opere de hoc morbo ædito testatur. Cæterum in  
Caria, Alexandria, Aegypto ac Scythia maximè grassa  
ti solet: at iam frequēs vndiq; regna propagauit, & in  
nostros deniq; fines ius tyrannicum exerit. Graues mo-  
lestias iuncturis infert, vbi committuntur partes & in-  
ternodia. Hic posteris veluti postlimonio & hæredita-  
rio iure relinquitur. Causæ huius morbi coniunctæ sunt  
humores separati, iuxta Aristotelis placita, aut iuxta  
Stoicos, & ipsum Hippocratem mixti cruditateq; fer-  
mentati ad membrorum iuncturas sensim veluti pro-  
cella desfluentes, qui Eolo comite exagitati, dolorem  
inibi generant molestissimum: deniq; cunctanter pu-  
trefescunt, cruditate id rebellante, constantiæ fluore id

## DE MEDENDI MODO

impediente. Horum præterea humorū differētia tum ex membra valetudinarii habitu, tum ex retrimentiis possunt dispici. Roget quispiam, vnde nobis hoc sit ab alienis terris aduectum monstrum? Dixi. Nos ipsi genuimus crapula, Veneris illicis impostura, Liberi patris capaci cantharo, segnicie, repentina soliti exercitamenti desertione, hyemis constrictissimo confidetissimoq; in corpore gelu. Hæc enim venarum extremitates circa iuncturas commissas solent corrumpere & debilitare, vt supra ex Hippocrate memini: & vbi sordes corporis admiserint in ipsas iuncturas expuunt: hinc tale nascitur malum, eoq; celerius quo harū venarum orificia patētiora fuerint. Quisquis igitur hoc malum subterfugere querit, castimonię satagat stude, sobrietati acquiescat, repentina frigoris mala balneolis studeat mitigare, labori humeris suis pari incombat, & cæteris corporis muniis ita sit mancipatus, vt meminerit mediocritatem conuenientissimam corporis sanitati tuendæ harmoniam. Quod si forte contra hæc pestis impetum immerentes, sciat sibi molestiā hanc à Deo immitti, in purgationem delictorum suorum, & implorata Domini misericordia ad probi medici manum properet. Profectò si ita se comparuerit, auertetur ab eo malum, & sanus in ecclesia sanctorum & sanorum gratias referet Deo. De iis vero quibus morbus gallicus hoc peperit malum, quorum magnus est numerus, profusius alibi vbi medelam illis meditabimur.

\* Dolores aut pectoris, aut coxæ, aut cuiusvis membra, si multum infestent animauertendum est. Hip. Sen. 5. part. 6. Apho.

Qui

- \* Quibus à coxendice infestatis coxa recedit, his mu-  
cores in ea parte gignuntur. Hip. Sen. 59. par. 6. Apho.  
\* Quibus à coxendice infestatis diutina recessit coxa,  
his crus contabescit & claudicat, nisi aduratur. Hipp.  
Sen. 60. par. 6. Apho.  
\* Spadones neq; podagra laborant, neq; calui efficiun-  
tur. Sen. 28. par. 6. Apho.  
\* Mulier podagra non laborat, nisi menstrua defece-  
rint. Sen. 29. par. 6. Apho.  
\* Puer podagra non laborat antequām concubere  
incipiat. Sen. 30. par. 6. Apho.  
\* Podagrī morbi inflammatione sedata intra quadra-  
gesimum diem desistunt. Sen. 49. par. 6. Apho.  
\* Podagrī morbi Vere & Autumno magna ex parte  
mouentur. Sen. 55. par. 5. Apho.  
\* Tumores articulorum & dolores sine vlcere, atq; e-  
tiam podagricos dolores & conuulsa, aqua frigida lar-  
gè effusa magna ex parte leuat, soluit dolorem, exte-  
nuat. Torpor etiam mediocris dolorem mitigat.  
Hipp. Sen. 25. par. 5. Apho.

Theoricarum de medendi modo Libri finis

Tertio Damiano Vissenaco Decoi-

copolitano doctore & medico

& chirurgico autore.

# THEORICARVM MEDICINAE LIBER TERTIVS. QVI DE PVRGAMENTO EST.

Caput primum docet purgationis necessitatem,  
quam non pauci temerè admodum non paruo  
ægrorum cum periculo moliuntur, nihil  
horum perpendentes, quæ animaduer-  
tenda hic in calcc cōmonstrantur.

## Caput .I.



Vandoquidē morborum genera prin-  
cipaliora libro priori prosequuti su-  
mus, & qui nascantur, & in hominum  
perniciem graventur: dignum est, ut  
in hoc libro aliquam antidoti ratio-  
nem conqueramus, licet hoc sit im-  
mensi operis, neq; huius instituti. Sed veluti is, qui to-  
tum despōdens animū vni se fugæ dedicat, in capi-  
tis periculo omnia quæ remorari poterant, aut auxi-  
lium spondētia, aut longas alicuius spei ambages sug-  
gerētia posthabens: ita sanè & nos præteritis iis de qui-  
bus autores grauissimi satis superq; in suis volumini-  
bus tractauerunt, vni alicui insistemus, quod præsen-  
tius esse queat homini tuendo. Purgationem dico,  
quæ in omnibus ferè morbis adhibēda videtur. Nam  
licet semper studendum sit sanitati, atq; exercitationi  
moderatæ quæ corpori oppidò conductit, & robur con-  
ciliat, non dico illi palæstricæ, neq; quæ cutem disten-  
tat, incruster, infarciatq; foris, sed quæ partibus vita-  
libus maximè vim internam vigoremq; verum & ge-  
nuinum inferat: tamen impossibile est, quin detrimen-

to auctiōniq; subiectum sit , & accedere nonnūq; illi  
aliquid debeat exinanito nimium , aut aliquid adimi  
habitiori facto . Secum igitur existimabit quisque, se-  
cumq; annotabit , q̄ preciosa res sit, bene valere. Dan-  
daq; erit opera, vt eum thesaurum sibi seruet, curæ ha-  
beat, ac parcat. Si minus optata succedēt, danda est ope-  
ra, ne sana concilia discedāt, quibus quod dilapsum est  
reuocari queat. Probi verò medici officiū erit, vt dum  
inanitionem meditatur æ grotō, curet sedulō vt humo-  
rem vacuet noxiūm , neq; crudum sed coctum, mōdō  
res patiatur, atq; ne in euacuando alter in alterius lo-  
cum transeat . Si enim pituita confluxit, hanc oportet  
tolli: flaua autem bile vel atra infestante, abstinentū  
à pituitæ vacuatione , & ad bilem infestantem purga-  
tio admouenda . Ita & sanguinis humor si in corpore  
modum non seruet, subduci sanguinē oportet, ac sero  
sam eius partem, si superhabundet. Vomitum tamē &  
alui subductions quæ pharmacis fiunt, vt sera solatia  
repletionis, nisi grauis incumbat necessitas , non opor-  
tet temerè experiri . Quod rāmen vulgus hominū ma-  
lē edictum credit, & fieri debere arbitratur, qui in hoc  
ipsum plenos crateras ingurgitant , ita se distendunt,  
vt venter in sesquipedē promineat , vt possint de ore  
facta latrina putido egerere, & euacuare in hoc ipsum  
vt rursus impleantur, vtrunq; contra naturæ imbe-  
cillitatem, bino cruciabulo interea addicti, nō minus  
distētione quàm inanitate oppressi: expletionem mo-  
dis omnibus præmentes, tanquām quæ delitiis sit frau-  
di: inanitatem verò quasi receptaculum ac inane vo-  
luptatibus semper apparentes. Hoc verorum esse Iur-  
conum voratrinæ semper mancipatorum, quis eat insi-  
cias?

## DE PVRGAMENTO

cias? Hi non comedunt vt viuant, sed viuunt veluti inertia terræ pondera vt comedant: his deniq; animus semper in patinis est, veluti ad præsepio bos aut asinus stabulant. Non est mirandum ista quotidiana faburamina noxiā adducere, quin vtraq; corpus afflīctēt atq; è status sui tenore perturbent. Habet vomitus pculiare malum, quod insatiabilitatē auget alitq;: nascuntur enim veluti interscisi fluctus, cluritiōes acres, ac veluti turbulētæ, & per vim inuita naturæ proprie-  
tate ad cibum irritant & illiciunt semper inanes, semper repletos, non genuina appetitione cibum appeten-  
te aut efflagitante, sed ex innaturali calore & exulce-  
rationibus è pharmacis aliis super aliis immersis. Vn  
de suauitates illis contingunt quidem, sed illiberales,  
sed momentaneæ ac euānidæ, contra notissimū hemi-  
stichion: Voluptates commendat rarior vſus. multum  
torminis secum conuidentes: hinc distentiones & coa-  
cta meatuum commotio, ac spirituum euānescētia,  
sui reliquias illis residuas faciunt quæ naturalis alui  
subductiones non morentur, sed ita colliquescāt & dis-  
partiantur in corporibus tanquam in nauigiis sentinæ  
neglectæ, quibus onus adimi debuerit non adiici, qui-  
bus illud vetus conuenit: Oneratis superimponendū  
est onus. Iā intestina bella in alio inferiore quæ phar-  
macis quasi cuniculis conantur agere in partes subie-  
ctas plus perniciei aduehunt q; educant. Quare consul-  
tius erit delectum admittere in demenso sumendo &  
ciborum vſu frequentando, vt ipsum sibi contentum  
stet corpus sufficiatq;. Quòd si quando retroactū erit  
& sanitatis bono perditō illius salus desideretur, tum  
valefactis pharmacis citra molestiam citandus est vo-  
mit

mitus qui nihil laboris exhibeat. Nam quemadmodū  
violēta frictio cutem abradit citius lēditq; quām mo-  
derata, ita vomitus pharmacis extorti citius lēdunt of-  
fenduntq; grauius. Cū ergo dura sumus alio, non aliud  
antidoton præsentius, quām vt his cibis confuescamus  
fruendo, qui & citatiorē reddant placidē & minus mo-  
lestam solutionem ac nixum. Cūm autem medicamen-  
ta sint adhibenda, quibus humor nocuus & confluxio  
cogantur in stationem incertam, vnde de gradu quasi  
exturbentur discutianturq; Hippocr. placita sunt no-  
scenda. Insuper reliquorum quæ medicum in cura in-  
tueri debere dicebamus declarationē omittimus, quū  
prius libris de ratione victus & de medendi modo, ea  
precipiè parte qua de morbo agebatur, satis patuit.  
Alio etiam modo illarum necessariam esse considera-  
tionem probari posset, sed quum illustrius sit quām vt  
rationis face egeat, in his inquirere nefas putamus, tē  
porisq; angustiis indulgendo supersedendum cense-  
mus. Reliquum est, vt de purgatione (quam soli mor-  
bi materiales requirunt) agamus. Ad quam absolutē  
moliendam, quāmdiligentissime intueri oportet.

Corporis habitum : Tempus anni :

Tempus morbi : Humorem : Locum :

Medicamentum, eiusq; rectum vsum.

### De Corporis habitu. Cap.II.

**H**Abitus corporis plerunq; affectionibus audit ani-  
mæ, & iuxta eas componitur. Nam spiritus natu-  
ra igneus & aërius est, & ideo igneam simul & aëream  
& luminosam ac mobilem vim æmulatur. Quare ani-  
mi motus facile in vtrāuis partē diriguntur. Et qualis  
euadit ipse, talem quodammodo corporis statum red-

Z dit

## DE PVRGATIONE.

dit & qualitatem. Summopere igitur istud Salustianum est memoria tenendum: Animi imperio, corporis seruitio magis vtimur. Imperium vocat ius quoddam quod sibi animus sumit in corpus, vt illud vegetet, moderetur ac regat. Sed est ratio prædominans, quæ cursum eius præpedire potest, ne in perturbationes Saturnicas planè aberret, sed cū Ioue suo illius iras temperet. Subinde enī contingit (quādoquidē potior quædā pars maioris istius mundi sumus) vt iuxta illius qualitatē regamur agamurq; suboriaturq; nobis tristitia quædā ociosa, idq; quum nihil appareat cur tristādum sit aut cur dolendum, nisi quia ad maiorū & in regia sua existentium syderum motiones qualitatesq; directi, vna quodammodo circūferimur, si impeditè, malè: si prospèrè & cursu felici, rectè. Videas enim quosdam tristitia nullam ob causam oborta metuere, desperare, la chrymari, & commoueri ob rem quantumlibet leuem. Quod accedit, quōties mali vapores, & exhalationes amaræ condensatae animo officiunt, illiusq; aut præpediunt, aut iuuant officiū. Quibus vero ista acciderint meminerint in contrarium obniti & obfirmare animū, alioqui noxiis humoribus corpus replent, maximo spiritus detramento: hinc bilisatra vel simplex vel mixta putrescit, quartanam gnignit frebrem, lienis tumores, & multa eiusmodi farinæ monstra: hinc deniq; spiritus tenuiores obruuntur, & crassiores reddit frigidioresq;. Continuo animum afficit tædio, mentis aciem hebetat, nec salit (vt inquit Satyricus poëta) Arcadico circum præcordia sanguis. Hæc vbi acciderint, subducere alium debebunt, & temperantiam requirere, ac demum vitæ suæ rationem arbitrari, ac seorsum pensare.

sitare. Nam si cui accidat ut compotationi, in uitatiū culisq; sit amicorum delirantium satisfaciendū, & vel largiori epularum indulgere sumptioni, aut alioqui parum moderatis rebus interesse, licet interim nullā morbi præsentiat molestiam, tamen hunc occupare conueniet, & sese ita comparare, ut detrimentum hoc sequenti temperantia sartiat, & veluti illi qui grandē saltum volunt edere retrocedunt, ita ad pristinam fru galitatem abeat. Ceterum meminerint qui aliquo casu sunt affecti, ne animum despōdeant, aut in imos poplites subsidant. Reliqua enim præsidia superat ægri gaudium atq; securitas, et si in pudore quandoq; medicina inueniatur. Prodest etiamnum in medendo spes, fidesq; , ut scilicet speret futuram sanitatem, & medico fidenti animo se committat. Si retractamus & diffidi mus, accedit nobis mœror qui non parum flauæ bilis in ventrem demittit conciliatam, quod planè molestiam exhibet, ut non prius à mœsticia & crucitatu cessemus quam bilem euomuerimus. Gignitur enim grauitas infernè per medium peccatum chondri cum qua conflictari cogitur æger. Nisi ergo has perturbationes ex animo exigerimus ac sedauerimus, actum agimus, frustra corporis habitum rectum sperantes. Necesse est enim perturbato animo (quod supra diximus) & è sua sede dimoto, corpus quoq; aliquo præcipitio & graui incommodo abiici. Duo enim præcipua sunt commoda, quo rum alterum præsens, alterum actutum futurum spectatur, voluptas scilicet gestiens opinione alicuius magni boni præsentis, & cupiditas, quam eandem vel libidinem licet appellare, quæ est immoderata appetitio cuiuslibet melioris rei. Duo itē opinata mala quæ pari

## DE PURGATIONE

gradu quo superiora distinguntur, ut metus & ægritudo. Appetere enim aliquid cum ratione, est sapientis maximè proprium, cum id honestè & petitur & speratur, volūtas dicetur: quem secus fecisse viderimus, libidine cōmotum dicemus. Superiori gaudium quod cū ratione excitatur, sequenti lætitiam gestientē effrenata cupiditate ascribimus. At verò vt voluptati mensura leuolentia lætans alieno malo, ita delectatio per oēs sensus diffusa iactatio tanquā generi partes subiicitur: sic libidinē ira, sic excandescētiā odium, inimicitiam discordia, indigentiam desiderium sequentur. Ægritudo enim animorum est aduersante ratione contractio, cuius hæ sunt filiationes & genimina: Inuidentia, æmulatio, zelus prauus, obtructatio, misericordia, languor, luctus, mœror, ærumna, dolor, lamentatio, & iāne deficit spiritus, respiro: sollicitudo, molestia, afflictio, desperatio. Quæ mala comitatur mors corde oppresso, exagitata spirituum cōcursione, & sanguinis coactione. Quare qui cupiat longævius fieri, ab his veluti pestilenticis diris caueat, & reuocet pedes, ne totus aberrret. vt quid metuimus quod futurū erit velimus non. Si nos incursabit malum aliquod, frustra ante tempus miseri fuimus: si verò nullum nos occupabat, miseriūs metuimus, & præter casam (quod dicitur) fugimus. Vincant animi virtutes, temperantia, fortitudo, modestia, prudentia, effrenes hasce Iamias, & aquanima custodia seruemus in nobis pudicitiam, bonamentem, vt sit, quod commune est omnium, mens constantiam, æquitatem, cæteramq; virtutum choream. Ita poterimus singere vitalem hunc spiritum, quo cor pus

pus hoc vescitur, ad illum interiorem, qui harum virtutum est veluti æditor, corporis disponens habitum, qui in purgandi ratione minimè despiciendus est. Alter enim pro tuenda sanitate purgandum est corpus, aliter verò pro profliganda ægritudine; aliter virile, aliter muliebre: aliter puer, aliter adolescens: aliter fortis, aliter debilis. Quibus deniq; virtus constat, leviori auscultant medicamini, atq; adeò cū minori periculo fortius ferunt. Accidit tamē nonnunq; vt sponde sine vello medicamine, sed naturę solius imperio corpus sese perpurget, quam purgandi rationem omnium profecto longè absolutissimā medicus, in quantum potest, imitari cogitur. Totius deniq; corporis & partis vnius idemq; purgandi est modus, quanq; per diuersa id loca interim fiat.

Deiectione quæ fit per aluum,  
 Mariscarum profluvio,  
 Vomitione,  
 Purgatur itaq; corpus Sanguinis missione, Mensibus,  
 Exercitio, Frictione, Motione, corporis alteratiōe, Lauacro. hæc sudorē eliciūt.  
 Inedia, Expuitione,  
 Screatione, & si quæ sint alia.

\* Qui salubri corpore sunt, celeriter per euacuationes oppressi, dissoluuntur: atq; etiam qui prauo cibo vtuntur. Hipp. sen. 36. par. 2. Apho.

\* Qui corpore bene constant, difficulter ad usum veniunt medicamentorum. Hip. sen. 37. par. 2. Apho.

\* Veratrum periculosum iis est qui corpore bene constant, facit enim contulsionem. Hip. sen. 16. par. 4.

\* Corpora impura quò magis nutris, cò magis offendis,

De corpo,  
reægros-

DE PURGATIONE

dis. Hip. sen. 10. par. Apho.

\* Si quis à morbo cibum assumens non corroboratur, plus cibi q̄ satis sit assumi significatur: si verò nō assumenti ita evenit, euacuatione opus esse sciendum est. Hipp. sen. 8. par. 2. Apho.

\* Quæ per morbos relinquuntur, ab iudicatione faciunt reciduam. Hip. sen. 12. par. 2. Apho.

\* Quicunq; morbi ex repletione fiunt, euacuatione curantur: quicunq; euacuatione, repletione. Eodēq; modo cæterorū contraria remedio sunt. Hip. Sen. 22. par. 2.

\* Mulierem vtero gerentem purgabis medicamēto à quarto mense ad septimum usq; sed eas minus. A recentiore autem & austiore cauebis. Sen. 1. par. 4. Apho.

\* Vbi fauces ægrotant, aut tubercula in corpore oriuntur, excretiones considerādæ sunt: nam si bilioſæ sunt, corpus ægrotat, si similes sanis, corpus alere tutum est. Hip. Sen. 15. par. 2. Apho.

\* Si quis nō febriens inedia exigit & cordis dolore aut caliginosa vertigine infestatur, ac oris amaritudinem sentiat, purgatione se egere parte superiore significat. Hip. Sen. 17. par. 4. Apho.

\* Si tormina acciderint nō febricitanti, & genuum grauitas, & lumborum dolor, purgatione infra opus esse significatur. Hip. Sen. 20. par. 4. Apho.

\* Si cùm omnia ratione feceris non id prouenit quod ratio postulat, noli in aliud transire, dū maneat quod principio visum est. Hip. Sen. 52. par. 5. Apho.

\* In quauis ægritudine partem vmbilici & imum ventri atq; extabescere viciosum est: ad inferas enim purgationes tutum non est. Hip. Sen. 35. par. 2. Apho.

\* Iis quæ non ex ratione leuant, confidendum non est:  
nec præ metu omittendum soluere ea quæ eueniunt  
mala, hæc enim magna ex parte infirma sunt, nec per  
seuerare aut immorari diutius solent. Sen. 27. par. 2.

De Anni tempore. Cap. III.

**A**Nnum in quatuor diuidi tempora prius satis pa-  
tuit: Iuxta hæc affectiones corporum & purga-  
mēti rationes nosse temperare, sanè medici probi est  
officiū. Nec frustra dictum est ab antiquis, Nosce tem-  
pus, non enī quo quis tempore quiduis expedit, aut cōue-  
nit. Nam quemadmodū suis temporibus scribitur & me-  
titur, & in vsum reponitur, ita in purgatione minimè  
oportebit temporis oportunitatē negligere. Absit igit  
tur ut temerè se cōmittat cuius tempori medicandū  
& sanandum homo. Oportet enim secundum tempe-  
raturam incedere, quæ à tempore profecto nominatur.  
Quis enim neget quin vbi temperatores sunt regio-  
nes, illic itidem homines temperatores reddi, illo sa-  
nè tempore quo temperies aëris est & anni cōmodissi-  
ma. Vnde etiā iuxta ætatum genera aliter degunt pue-  
ri seu adolescentes in vere ac in hyeme, aut autumno.  
Nam iuxta Galeni sententiam, adolescentes vere, pu-  
eri ætatis principio optimè degunt: senibus verò pro-  
per temperaturæ frigiditatem, ætas vtilissima est: si  
cuti iis qui in ætatis vigore constant, hyems maximè  
confert. Sic & naturarum hæ quidem biliostiores hye-  
me optimè degunt, pituitosiores autem æstate: bene  
autem temperatę, vere. Ex his planè animaduertimus  
cui ætati quælibet anni pars sit adscribēda. Mundum  
Philosophi ex concordia discordi compositū asserunt.  
Quod idem de microcosmo sentiendum est, homine  
scilicet

DE IPVRGATIONE

scilicet, in quo elementa sibi contrapugnant, calori frigus, humido siccum. Horum si quando quodq; euincit, triumphat & dominatur: hinc inundationes, hinc vulcanus ardens vrit officinas, & ad vitalia cogitur ardor, atq; ad vnum hominem conficiendum mutuum sibi dant spicula elementa: in calore vitalis ardor, in frigore mors: atq; secundum hæc purgationes varian-dæ. Quid oro tam diuersum in rerum natura? quæ ita sunt à summo Opifice temperata tamen, vt licet sint sibi contraria, nō tamen alter alteri incommodare protest, nisi ab altero deficiētes, alterum in nostram per-niciem foueamus. Est etiamnū spiritus medium quod dam, & quasi gluten vtriusq; qui & animæ diuinæ fo-uendæ adsit, & insit crassiori corpori vitâ administrâs. Corpus autem omne facile tibi sensibile tanquā sensibus tuis accommodatum crassius est, & ab anima diuina longius degenerans atq; alienum, quod tamen vt viuat vegeteturq; excellentioris corporis fulcimine indiget. Hic est spiritus ille, qui per vniuersa dispergitur, quem vt puriorem hausimus præ ceteris, ita melius & amantius conuenit foueri & amplecti. Non est autem eiusdem semper qualitatis, sed vere & xstate subtilior, hyeme autumnoq; crassior: qui si quo repentinio diluuiio restinguatur, veluti ad obicem resilit, & suum deserit officium. Hunc igitur nutriendum, hunc saluberrimè admittendum nouerimus, gnari quo tempore sit gravior: horret enim quandoq; & vicissitudines patitur, quandoq; crudele minatur, rubinde blandus est & tempestiuus. Totus est suapte natura lucidus calidusq; & humidus, at viuificus ex dotibus animæ mundi superioris dotes eiusmodi nactus. Hic insinuan-

nuandus planè, hoc enim medio sanitatis beneficium  
referes, si quo modo affectus sis: hauritur autē propriè  
ab hominis spiritu illi suapte natura conformi atq; co-  
gnato, maximè si cura reddatur cognatiō atq; arte, id  
est, si maximè cœlestis euadat, non in his sordibus cor-  
poris inferiorib, nidiuletur. Quæ quidem sordes non  
solum intra viscera si fuerint, verū etiam si in ani-  
mo, si in cute, si in vestibus, si in habitione & aëre, spi-  
ritum frequenter inficiunt. Efficietur tandem cœlestis  
si ad orbicularē animi corporisq; motum ipse quoq;  
orbes efficiat, si ad aspectum cogitationemq; lucis fre-  
quentiorem etiam ipse emicet, si cœlestibus similia fo-  
menta adiificantur. Deniq; si anni statum tempus ob-  
seruet, dum Sol fuerit in Ariete, vel Leone, vel Cani vi-  
cinus ipsum aspiciente Luna, maximè in Leone, ubi  
adeò spiritū nostrum vegetat, vt ipsum muniat con-  
tra venenum epidimiae repellendum. Quod apertum  
est in regionibus spectantibus ad Leonem, tunc solari-  
bus vtendum noueris, ea tamē cautione, qua sub æstu  
exiccationem diligenter euites. Quamplurimū vero  
facies sedulitate & cura, vt dixi, si cor foueas rebus illi  
cognatiōibus, tum etiam viētus demenso ex alimen-  
tis quidem subtilibus, multum tamē & vniuersim nu-  
trientibus. Motus adsit frequēs, & lenis, & quies opor-  
tuna, aérq; tenuiter spirabilis ac serenus, & ab stagnan-  
tibus vliginosisq; alienus, & à nimio feroore & inten-  
siori frigore remotus. Ante omnia, si non ad libellam  
respondeant predicta, adsit solatiator animus latus im-  
perturbatusq;. Tristitias & anxietates caue limen in-  
trent, exige, exturba, & protere quacunq; in aliquā gra-  
uitatem animum induant. Vere circa fluios errabis,

X. 1. DE PURGATIONE.

& in apricis herbidisq; thoris, præcipue ad herbulas subnascentes, & spirantes suauiter areolas. Aestate ob calorē astumq; vtendum lauacris, item astiuis & sub topiariis elucatis non admodum condensis, aut nucis umbram sustinentibus. Autumno in superioribus locabis diuersorum orientē spectans, vnde etiam aërem admittes, & cœli inclem tam vitabis: domi te manè continebis, nec ostiolum exies priusquam formosum Solis os in axem concendat, & quæcunq; fœtulenta di spulerit aëris simul & terræ. Hyeme ligna pones super foco, præcipue querna, quæ salubriora sunt sicca ad odo rem incensi prona accommodataq;. Studia sæueriora freno indigent, ne fortè subtiliores spiritus qui ad cerebrum tendunt, humorem conuehant, & catarrum (qui morbus studiosis est peculiaris) generent. Qui prædictis contraria amplectetur, haud leue in corpore percipiet incommodum, quod sanitati, quantumlibet cautè prospiciatur, insidiabitur. Anni itaq; temporum tempestates animaduertendæ sunt, quæ diuerlos in corpore concinnant succos, ratione cuius medicus purgandi modum variare debet.

\* Aestate potius supra, hyeme infra, ducendum medicamentis est. Hip. Sen. 4. par. 4. Apho.

\* Sub cane, & ante canem, usus medicamentorum difficilis est. Hip. Sen. 5. par. 4. Apho.

\* Quibus sanguis detrahi potest, his Vere detrahendus est. Hip. Sen. 54. par. 7. Apho.

\* Qui leuandi sanguine sunt, aut medicamento purgandi, his verno tempore vel cultello soluenda est vena, vel medicamentum adhibendum. Sen. 47. par. 6.

De Tempori morbi. Cap. IIII.

Di-

**D**icerem de temporibus morborum priuatim, sub quibus & corpora cœlestia hic intelliguntur. Sed quia caput hoc in prioribus tractatur, & per reliqua parsim hinc inde inseritur, non sum arbitratus conjectari plura, & operam superuacuam sumere. Ad Hippocratis & Galeni de hoc libros studiosum remitto. Ictorem Cretici etiam dies in purgatione maximè obseruandi sunt, qui extra morbi tempora esse non possunt, & in quibus impar numerus semper occurrit. In septimo quolibet virę anno fit in corpore variatio extrema, quia iudicarius est, ideoq; tempus hoc sit tibi suspectum: quartus quoq; quoniam medium in septinario tenet. Si igitur in Nestoreos annos vitam tibi optas produci, quoties septimo, aut quarto cuilibet propinquas anno, consule diligenter astrologum, qui quibus in domibus planetæ regni moderetur habenas, ad eorumq; remissionem aut variationem temet accomoda, moderare & tempera, vnde discriminem possit exercere venenosum caput disce, deinde ad medici curā aduola, ne sero cum Phrygibus sapias. His nanq; prudenter comitibus minæ retunduntur astrorum. Naturalē finem non esse ab initio determinatum, ad vnguē quidam probare contendit ex Galeni & Aristot. testimonio, sed ultra citraq; moueri posse, & vel differri, vel citari. Concludit etiam obitum naturalē differri posse tum astrologiæ præsidio, tum medicorum arte. Neq; pigeat perquirere à medicis dietæ naturalis usum, ab Astrologis verò quæ stella sit vitæ præsidio. A senibus verò & capularibus, qui in eam ætatem euaserint, qui vicitandi modus, sub quo mudi climate maximè æta tem deguerunt, an cœlibes vixerint, num sobriam ado-

Quid audio Note,  
nonne constituit Deus  
termios quos pretereire nemo  
poterit?

## DE PURGATIONE

Ieſcentiam traduxerint, & cætera eiusmodi, quibus magis edoceri queas, vt ſimilis ( propitio Deo ) illi feliciter euadas.

- \* Cùm morbi incipiunt, ſi quid mouendum eſt, moue: cùm cōfiftunt & vigent, quiescere melius eſt. S. 29. p. 2
- \* Omnia cū incipiunt & finiunt, leuiora ſunt: cùm conſiftunt & vigent, grauiora. Hip. Sen. 30. par. 2. Apho.
- \* In affectibus acutis raro & inter initia vtendum me- dicamentovacuatorio eſt, idq; adhibito diligēter exa mine faciundum. Sen. 24. par. 1. Apho.
- \* In valde acutis statim & die primi vacuandum eſt, ſi materia turget: ſuperſedere enim in huiusmodi morbo, malo eſt. Sen. 10. par. 4. Apho
- \* Quæ iudicantur, aut iudicata ſunt integre non mo uere, neq; nouare vel medicamentis vel aliis incita mentis, ſed ſinere debes. Sen. 20. par. 1. Apho.
- \* Concocta medicamentis vacuare mouereq; non cru da oportet nec in principio, niſi turgent: ſed magna ex parte non turgent. Hip. Sen. 22. par. 1.

De Humore. Cap.V.

Sex res p̄ ter naturā nequaq; hic negligēd̄.

**H**VMOR OMNIS PRÆDOMINATUR IN CORPORE OB VI- ETUS RATIONEM PERUERSAM, AUT OB CIRCUFUSUM NO- BIS CRASSUM ACREM. HUMOR AUTEM HUIUSMODI INCOM MODAT CORPORI RATIONE QUALITATIS AUT QUĀTITATIS. QUARE SEFULÒ SECUM RATIONEM INEAT, QUI SQUIS SANITATIS DIVI TIAS NANCISCI CUPIAT, VT RATIONE SESE MODERETUR, VT QUI BUS MODIS ALATUR, DEGAT, COGITAT ABDITIONA, ARDUA & IN ACCESSA. NAM INTER DUO PERICULA FICCORUM HUMIDO RUMQ; QUASI INTRA SYMPLEGADES DIUERSAMUR, QUÆ OPO RET NÔ NIMIŪ IRRITARI, NE pari manu nos fundat fugētq;. Sed concordia inita amicitia dextras demus, ſic alteri parti

parti fauentes, ne alterius spicula experiamur vitabimus. Si enim faber ferrarius incudem sibi parat & mallem, si penicillos pictor, si arator vomerem, si artifex quilibet instrumēta prius adornet, quām artis suæ experimentum præster: quanto conuenientius nos hoc facere concedet, qui corporis animæ scilicet hospitis curam gerimus, quod tam aliis præstat quām corpori præstat anima. Meminerit igitur, ut sanguinem quām purissimum indefæcatumq; fabricetur, è quo spiritus vim suam colligat, qui summa semper desiderat, dum modo liceat. Nam exhalatio quædam vaporosa, quicquid sit illud quod spiritum dicimus, è puriori sanguine in superiorem Palladis arcem hoc est cerebrū emicans ac partes proximiores, is ab ipso cordis calore exordia dicit, & sensus omnes tam exteriores quām interiores eodem vegetat exercetq;. Quamobrem sanguis spiritui seruit, spiritus sensibus cæteris insinuatur veluti fermentum rudi farinæ massæ. Sensus rationi obsequuntur, aut saltem deberent. Sanguinis molitor (vt prius) est hepar stomacho præposito, à quo veluti decimationē refert. Cor veluti in sua regia princeps, delicatissimum sanguinis sibi ipsi acceptum fert liquore, vnde totius corporis vitalis manat virtus. Vis omnis sentiendi mouendiq; à Cerebro spiritibus agentibus diriuatur. Tales autem sunt sensus acies, qualis & spirituū subtilitas. Spiritus verò eiusmodi, qualis est sanguis è quo nascuntur. Talis verò sanguis futurus erit, qualis nobis viœtus ratione creabitur. Non est inquirendum quomodo spiremus, sed quid grauem tardumq; spiritum expediāt. Absit Asclepiadorum vanitas, qui conantur afferere nihil concoqui, sed crudam mate

## DE PURGATIONE

materiam sicuti assumpta est in corpus omne diduci. Certo enim certius coctione ipsa immutari species alimenterorum, quæ prima fit ubi saliuia in os demissa amplexum & cōmolitum cibum demittit in stomachū, qui quasi lebes est igni admotus, hunc coquūt calores, & suſcipit iecur quod sibi congruit, hinc venæ ipsæ & cor (vt supra) nobilius quicquid, alioqui semel & universim nutrimenta partes, nunc vero vicissim altera commodat alteri. Quicquid excernitur ob cogitationem vel grauium, aut acutarum inquietudinem, abit aut in atram bilem, aut pituitam, aut in partes abditiores delitescit. Pituita inimica est nimiū spiritibus subtilioribus, & cogit ad inferiora veluti subsidere, & illic humilia quedam & abiecta retractare, cum sint semper in motu, & cessare nequeant. Melancholia vero ad arcem culmenq; primos agit impetus, vt illis hostiliter inuasis occupatisq; totius regni habenas vindicet, ingeniumq; veluti teſtum igni cōflagrent, quale in mapaliis visitur stramineum. Assidua siquidem cura cogitationibusq; acribus, pinguedinis instar, oleiq; adiecti exagitatus nutritusq; Vulcanus flagrat, & animi iudiciiq; perturbat officium omne. Hic igitur morigerendus sanè tēpori, optimo exantlatori, ne velimus quod diuturnum cupimus subitum. Omnis enim periculosa est rem grauem molientibus Nimetas. Non semper arcum tendit Apollo: perseverantia in quibus uis rebus agendis transfigēdisq; necessaria est, & melior est finis quam principium. Quisquis igitur tali subita tiōe impeditur, maturus sit, & rem oēm ordine exequatur, ne perturbato eo ipse in diliria cadat, succo aureo exhausto, qui subtilis & rarus per omne corpus diffunditur.

ditur. Qui si consumptus erit, reliquus sanguis necessario densescit, fitq; siccus & ater. Accedit ad hæc, q; natura in contemplatione cerebro prorsus cordiq; intenta, stomachum heparq; quasi destituit. Qualitas ergo alimentorum male concoctorum exhibent alienissimam, sanguiniq; hyemem inferunt atram humores spurii incocti, neq; egesti vapores mali. Proinde nimio membrorum ocio neq; superflua excurrentur, neq; crassi fusiq; vapores exhalantur. Vbi vero pituita dominam agit, spiritus crassiores facit, ac proinde frigidiores, tedium inferunt animo torpido & iacenti. Mens hebescit, oppressa memoria tandem redditur labilis, vertigine quasi semper comite, ut in uxore Senatorii ordinis, Flandriæ Præsidis, viri certè ornatiss. doctissimiq; videre fuit. Quid? totus sibi sic displicet homo. Bilis oportet hanc vncia temperari, & ediuerso bilē subsidio illius iuuari, ne in utroq; exuberantia casum pariat. Humorem infert labor immodicus peiorem quam ex consuetudine corpori, frequens balneum, cibus plenior, multa potio, post hac ambulatio & vigilia. Per se quoq; ambulatio cōtinua & vehemens, & exercitatio cui nō adiicitur protinus cibus, eaq; esse genera quæ ex humidis frigidisq; locis inferuntur. Siccatur hæc verò corpus, vigiliae inconniuae, siue mētis intencio, curarum æstus, veneris usus nimius, qui in contumaciam coniicit. Deniq; earum rerum consuetudo, quæ plus iusto calefaciant & exiccat, ac quibus corpus vel purgatur plusq; pro ratione, aut deicitur, aut subluitur usq; ad lassitudines & deliquia animi. Rursus distento corpore & humoribus oppleto, veluti cœnum commotum, noxia difficillima, quæq; nō facile profugas, redit

## DE PURGATIONE

dit omnia. Medio igitur tutissimus ibis, si talem humo  
rem nutrias qui bilem non incendat parciter ministra  
tus, nec obruat sua inundatione impulsus. Adiicerē his  
plura, sed modus esto: pro corony de tamen hēc adscri  
bentur, in vsum & sanitatis conseruationem Reueren  
diss. Præsulis Mœcenatis ac domini mei Domini Luce  
monach, Abbatis, atq; Præpositi ecclesiæ collegiatæ di  
ui Bauonis apud Ganduum, scilicet parcius victitan  
dum sub cœnam: Cibum vbi sumperis, qua hora diei  
fuerit, paulisper dum prima decoctio degatur quiesci  
to: alioqui si corporis exercitatio velox, & nimia subse  
quatur, ipse corrumpitur, stomacho negotium facesci  
tur. Quod multoties mihi accidit ab ægris euocato,  
non sine dolore immanissimo in ventre sœiente, coli  
co dolori haud multum dissimili, qui non cessare con  
sueuit, donec soluta alio cibum non crudum penitus  
discusserim. Si mētis agitatio sit vehemens, cerebrum  
noxiis humoribus opplet. Sint deniq; semper post sum  
ptū cibum ioci sine dente urbani, faceti, modesti, ne  
se Alesto immisceat, ac totū inuertat: proindeq; aduo  
cati, qui ex natura auari aut cōtentiosi sunt, quiq; sibi  
student, & litem aduersum quemuis persuadēt, procul  
arcendi sunt: componātur omnia sincero animo, ac in  
eum exitum ducantur, quo tandem velis nolis post di  
uturnam molestissimamq; cōtentioñem exhaustis lo  
culis iuris prudentia traherentur: hoc est hominis sa  
nitatem in precio habentis, quietem ac tranquillitatē  
animi diligētis, quid multis: imò hominis euangelici  
ac christiani. Deinde pedetentim veluti scalatim ad  
seriora ducatur animus, vt sibi constet omnibus se  
datis perturbationibus: quia quanto ille magis in suo  
cen

## LIBER TERTIVS

Eo. 101

centro se continet, tanto arduiora meditatur, & castigatoriā in lucē producit, siue in diuinis agēdis, siue in consiliis dandis, siue in rebus publicis aut priuatis conseruandis, seu in eis quā & memoria conferuantur, & ratiocinatione opus habent. Cæterum in purgatione vñica tantummodo est intētio, humorem scilicet corpori onerosum educere, cuius accipitur noticia ex vivitandi modo, ex corporis colore, ex morbo, ex tempore anni, ex regione, ex ætate, ex temperatura, & similibus. Cuiuscunq; tamen conditionis fuerit, nunquam crudus mouendus. Ait enim Hippocrates.

\*Concocta medicamentis vacuare mouereq; non cruda oportet &c. vt prius de morbi tempore. Sen. 22. p. 1.

\* In perturbationibus ventris, & vomitibus spontiuis si tale purgatur quale oportet, res bene cedit, & facile fertur, sin minus, contrā: Itidem conceptaculorū inanitione, si talis fiat qualis fieri oportet, res bene cedit, & facile fertur, sin minus, contrā: igitur & tempus, & terrā, & ætatem, & genera morborum in quibus oportet nec ne conspicari officium est. Hip. sen. 2. par. 1. Apho.

\*Habitus athletarum admodum boni tuti non sunt, si ad summū deuenerint: non enim in eodem subsistere queunt aut quiescere, quod si non quiescunt, nihil in melius proficere possint. Restat igitur his de causis vt in deterius labantur. Quamobrem soluere habitum expedit sine mora, vt denuo corpus refici incipiat. Nec vero extenuationes in extremū ducendae sunt, sed prius qui corrigitur natura ducendum vt tolleret. Omnino enim euacuationes in extremū deductæ, cum periculo sunt. Rursusq; recreations extremæ, ad periculum agunt. Hip. Sen. 3. par. 1. Apho.

## DE PVRGATIONE

\* Si quale purgari oportet tale purgatur, prodest, & facilè fertur. Sin contrà, difficulter. Sen. 25. par. 1. Apho. & Sen. 3. par. 4. Apho.

\* Deiectiones non copia estimandæ sunt, sed eo quòd talia deiiciuntur qualia deiici oportet, & facilè æger fert. At vbi ad animæ defectionem ducendum est, ita agendum, modò æger durare possit. Sen. 23 par. 1.

\* In medicamentorum vsu si talia ducuntur è corpore qualia vel sponte exeunt, vtile est: sin contrà, cohíben da sunt, Sen. 2. par. 4. Apho.

### De Loco. Cap.VI.

**N**Eq; etiam perinde est qua corporis partes purgantur, harum enim purificationibus loca mandata sunt. Nam Cerebrum purgatur, per palatum, per narres, per aures, per oculos, per caluæ commissuras: Cor per alas: Iecur, per renes, per vesicam, per aluum: Pulmo & thorax per cannam arteriale: Ventriculus & Lien per os & per aluum: Matrix per vuluā: Intestina per aluum: Totum corpus per poros. Præterea membra quod purgatur temperatura animaduertenda, forma, positio, & nutritionis ratio.

\* Quę euacuanda sunt, eo duci debent, quo maximè natura commodè tendit. Hip. sen. 21. par. 1. Apho

\* Corpora quacunq; purgare libuerit fluida eo facies. Hip. sen. 9 par. 2. Apho.

\* Qui non de facili supra veratro purgantur, eorū corpora ante potionem humectanda sunt cibo pleniore, quiete q; Hip. sen. 13. par. 4. Apho

\* Tabidos caue vnquam ad supernas duxeris euacuationes. Hip. sen. 8. par. 4. Apho

\* Atrabiliarios plenius infra eadem ratione cætera adse

adferes. Hip. sen. 29 par. 4 Apho

\* Macilentes ad vomitū faciles purgandos supra purgabis, cauendo hyemem. Sen. 6. par. 4 Apho

\* Qui ad euomendum difficiles sunt, & corpore mediocriter constant, infra purgabis, cauendo æstatem.

Hip. sen. 7 par. 4 Apho

\* Si tormina acciderint non febricitanti, & genuū gruitas & lumborum dolor, purgatione infra opus esse significatur. Sen. 20 par. 4 Apho

\* Si quis nō febriens inedia exigit & cordis dolore aut caliginosa vertigine infestatur, ac oris amaritudinem sentit, purgatione se egere parte superiore significat.

Hip. sen. 17 par. 4 Apho

\* Quorum alui lenitate intestinorum infestantur, hiberno tempore eos supra purgare necesse est. S. 12 p. 4

\* Corpus efficere fluidum oportebit quocunq; vacuandum censueris, si supra, firmari aluum; si infra, solui necesse est, Sen. 72 par. 7 Apho

\* Dolores qui supra præcordia infestant, supra purgationem: qui infra, infra requirunt. Sen. 18 par. 4.

\* In quauis ægritudine partem umbilici & imum ventrem esse pleniorum melius est. Admodum extenuari atq; tabescere viciosum est: ad inferas etiam purgationes hoc tutum non est. Sen. 35 par. 2 Apho

\* Habitus athletarum &c. vt prius de humore. S. 3 p. 1.

\* Deiectiones non copia æstimādæ sunt &c. vt prius de humore. Hip. sen. 24 par. 1 Apho

\* Nimis repenteq; euacuare, implere, calefacere, refrigerare, quove alio modo corpus mouere, tutum nō est; atq; nimium omni inimicum naturæ. Contrà, paulatim lenteq; agere, tutū non est: deniq; de alio in aliud b. ii, tran-

## DE PURGATIONE

transire præstat. Sen. 51. par. 2 Apha

\* Si cùm omnia ratione feceris, non id prouenit quod  
ratio postulat, noli in aliud trāsire, dum maneat quod  
principio visum est. Sen. 52 par. 2 Apha.

De Medicaminis natura, eiusq; recto vſu.

### Caput Vltimum.

Cmplura sunt nobis hactenus dicta, supererat vt  
quemadmodum dedimus consilium ægrotis sani-  
dum valemus, ita ferremus auxilium pariter & iuu-  
caremus. Verùm huc si stylum adflectimus, videbimur  
in aliorum colonia nimium liberè versari, quàmuis in  
præcedentibus ex eis nonnihil creuerimus, spoliumq;  
retulerimus, nō quidem ab hostibus, aut Noto, sed ab  
amicis, taliumq; furorū gnaris ac etiamnum fibi con-  
sciis. At cui non sufficient: Hippocrates, Galenus, Cor-  
nelius Celsus, deniq; laboriosus ille Plinius, qui è tot  
autorum centuriis opus naturalis historiæ concinna-  
uit, malens aliena verecundè differere, quàm sua impu-  
denter ingerere. Nos acta egisse dicemur, si non ab eis  
stetimus hactenus, sed diuersum quid ausi simus inful-  
cire. Nam Galenus pariter nihil reliquit eorum, quæ  
desiderari possent: nam & proprium in hoc ipsum vo-  
lumen edidit, in quo & vires, & naturas horum adeò  
ad vnguem moderatus est, expenditq;, vt æquilibrio  
vſus videatur castigatissimo. Vt tamen superpondio  
aliquid emblematum superponamus, meminerint inter  
hasce vires quasdam esse eneruiores & debiles quasdā  
intensiores, quasdam deniq; medias. Medicaminū illa  
quidem cum negocio ac difficultate, hæc nullo labo-  
re, hæc etiam mediocriter ducere, iuxta naturæ vnius  
cuius-

## LIBER TERTIVS.

Fo. 103

cuiusq; mensum, sine quo operatio vel iacet, vel expli-  
cat vires. Purgant itaq; vel dissoluēdo quę coacta sunt,  
vel leniendo quęq; austiora, vel astringendo quę  
sunt fluxa, nō sānè quia calida, vel frigida, sed quia cœ-  
lesti influxu ita moderata, vt homini competant, aut  
iam in deterius lapsō, aut ni prouideret labendo. Nam  
ita summus artifex contemperauit, & quasi maritauit  
terrena cœlestibus, vt datatim & dent & accipiāt vicis-  
sim. Reflexus enim radiorum cœlestium syderum in  
hæc inferiora fertur, qui ne euanescat in solidum hoc  
impingit nō sine munere grandi. Nam inuenio sibi cō-  
uenienti connubio, euocat quodammodo & in superio-  
ra sibi cognatiōra dedit. At tāto altiora conſcendūt  
aut in inferiora subsidunt, aut in modum aliquē assur-  
gunt, quanto illa quę subseruiunt elementa validiora  
sunt aut infirmiora. Hic vbi luctātur, tempus litis trans-  
actor ad maturitatēm perducit. Si quid muneris secū-  
fert, nobis cedit nostræq; saluti. Sunt tamen dona eo-  
rum accipienda iudicio. Neq; temperatūræ negligē-  
ter habendæ, ita enim accideret, vt quantum purgatio-  
ne prodeſſent cum lucro ſalutis tantum neglectæ vel  
omissæ inferrent detrimenti, etiam ſi non commodè  
adhibeantur. Nam calidum calefacit, rārum ac tenuē  
redit, putrefacit, mordicat, inflammat, consumit, adu-  
rit. Frigidum vero contrā. In ſuper humidū humectat,  
lubricum reddit, cōglutinat, ventos generat, nauſeam  
inducit. Longè aliter ſiccum. Ex his perspicuum euadit  
in quo pericula detrudantur à Noto, atq; Empiricis  
ęgri (quanquām hoc Gandanis duræ & obtusæ cerui-  
cis hominibus persuadere difficile fit) qui ſine delectu  
quęlibet offerunt, non attenta patientis qualitate, non  
anni

## DE PURGATIONE

anni tempore, sed quibusuis remediis semper putat se posse occurrere. Dum naturae alterentur, corpusque aut impletur, aut attenuatur, alterutrum emineat oportet. Nam ut ad summum sanitatis gradum perductum periodatur, ita extremè exinanitum eidem malo redditur obnoxium. Nihilominus curandum, ne ultra metam ducatur, aut minus quam per sanitatem licet eidem sufficiatur, quod aliquando naturae vicio, aliquando medicamenti austerritate furoreque contingit. Iustus itaque modus esto. Nemini enim dubium, quin debilis medicina quemadmodum nihil depellendo mali ledit, ita plus aequo fortis purgando euacuandoque modum mensuramque nescit, praesertim virtute constante. Hoc corpus

Hoc pspis, cui patuit effeminat, cui vertigo capitisque dolor accedunt, febris in ancilla egregij doctissimi viri virtute nobilis acceditur, ventriculum de Dni de Wacqne, que ante paucos menses consilio atque persuasione cuiusdam cucullati seducta filio atque convulsionem inducebant, ceteraque innuera mala, de quibus latius alibi. Idem accedit egregio Consuli M. Dionysio à Saralabo ranti Brugis febre tertiana, sed ab alio medico miru ab alio medico exhibito. Sincopa iungulat. Postremo nulla ratione negligendu, quin postquam purgatum erit corpus, eis rationibus illi restaurando atque confortando subueniatur, quibus ademptum est robur, tantum virium infundendo quantum medicamentum debilitasse conspicabitur. Inter has delicias (*επονήσεις*) anima scilicet vegetatur, vivit, subsistit (quantum ad brutum animal pertinet) & existit veluti apud Giaros breves perpetitur, ergastulo hoc tam putido inclusa secreto ab omni veritatis luce planè, & immerso furuis tenebris aeternaque nocte damnato.

nato. Vnde inter tot labores respiratio, vnde inquietatio inter pericula tanta, & requies inter pollatis exathlantisq; laboribus plusq; gyganteis aliqua. Sanè laboribus adnascitur homo, imò verò his dedicatur, lex illius est propria, suo sibi adscivit demerito. At mirum sanè animam in hunc ordinem cogi, quæ in superiora tendens debebat suo archetypo respōdere, & nihil sedulius curare, ac vt vni illius decoris amatori placeret, cui se exornat & placere gestit. Sed creaturis insinuari maluit, ac illis placere, quām Creatori, qui est benedictus in sēcula. Hinc defectio, hinc aduersus omnia sancta coniuratio publica, hinc deniq; lex illius velut interstitialis iniecta, vt non quæcunq; velimus, faciamus illa : Caro aduersus spiritum : Spiritus aduersus carnem. Hinc sœua dies animi nascitur, dum munera malumus quām munerum largitorem, quod est temporum animaduersioni accōmodum in quæ cadimus Rei, ac pariter cum tempore labimur : praterit enim figura huius mūdi. Si figura interit, manet veritas, cuius debebat Anima amantior esse, quia germanior, & in hoc creata à summo Opifice, vt proprius illum contueretur, laudaret, & acceptū ferret, quicquid ob eam proximiū creatum cerneret. Sed de anima, & eius origine à Philosophis complura sunt disputata, & à sanctis patribus Christianismo natis prodita. Hinc colligi poterunt scrutatoribus veritatis, quibus illam noscant germanius, quoad liceat, & delinient apertius. Cuius etiamnum immortalitatem depingemus libro prope diem in lucem exituro, si modò summa numinis clementia affulserit, viresq; suffecerit.

Theoricarum medicinæ finis.

## LIBER TERTIVS.

Sententiæ Hipp. ab autore in præceden-  
tibus omissæ, quibus locum inuenire  
parum curauit.

- \* **L** Assitudines suæ spontis morbos prænunciant.  
Hip.sen.5.par.2.Apho.
- \* Magnitudo corporis in iuuenta quidem formā libe-  
rale affert nec iniucundum, at in senectute usus dif-  
ficilis est, atq; deterius quod procerius. Sen.vltima.p.2
- \* Qui in medicamentore potionē non sitiunt quum  
purgantur, ii non deficiunt priusquam sitiunt. Hipp.  
Sen. 19. par.4. Apho.
- \* Quibus conualeſcentibus à quauis ægritudine pars  
aliqua corporis labore vexatur, iis eam in partem ab-  
ſceditur. Sen. 32. par.4. Apho
- \* Quin & si priusquam ægrotassent parte aliqua sui  
corporis perdoluerint, eodem morbus decumbit.  
Hip.Sen.33. par.4. Apho.
- \* Et qua parte corporis sudor est, ibi morbum esse fi-  
gnificatur. Sen. 38 par.4 Apho
- \* Et qua parte corporis frigus aut calor est, ibi morbus  
est. Sen. 39 par.4 Apho
- \* Vbi in toto corpore mutatio fit, & modo corpus fri-  
gescit, modò caleſcit, aut colorem alium ab alio reci-  
pit, longitudi morbi significatur. Sen.4. par.4 Apho.
- \* Sudor multus, modò frigidus, modò calidus affidue  
fluens frigidus magis calidus minus morbum signifi-  
cat. Sen.42.par.4 Apho
- \* Calida detrimenta hæc infert iis qui immodicè vtū  
tur carnis effœminationem, neruorum incontinentiā,  
niætis torpedinem, sanguinis profusionem, animæ de-  
ficit

fectionem quibus abolitio sequitur. Sen. 16. par. 5.

\*Aqua quæ cito calescit, cito frigescit, leuissima est.

Hip. Sen. 26. par. 5. Apho

\*Pari modo vel maribus euenerit, aut enim propter corporis laxitatem difflatur euaneſcitq; ſpiritus, ne ſemē genitale transmitti poſſit, aut ob ſpiffitudinē humor non foras decedit, aut propter frigiditatem foueri nō patitur ut ad eum colligatur locum, aut propter nimium calorem hoc idem accidit. Sen. 63. par. 5 Apho

\*Si in vulneribus validis aut prauis tumor non apparet, malum eſt magnum. Sen. 66. par. 5 Apho

\*Vulnus molle & cedens bonum crudum & renitens malum. Hip. Sen. 67. par. 5 Apho

\*Mulieribus frigora inchoantur à lumbis, & per dorſum ad caput deueniunt: viris etiam in parte posteriore corporis potius quam de priore. verbi gratia, cubitorum aut fœmorum. Cutis etiam rara eſt, quod pilus declarat. Hip. Sen. 69. par. 5 Apho

\*Quorum cutis obtenditur ſqualida & ſicca, hi ſine ſudore moriuntur. Contrà, quorum cutis laxa, ſoluta q; eſt, hi obeunt cum ſudore. Sen. 71. par. 5. Apho.

\*Vulnera obglabrata praua ſunt. Sen. 4. par. 6. Apho.

\*Puſtulae latæ non admodum pruriunt. Sen. 9. par. 6

\*Cùm präcifum os eſt, aut cartilago, aut genæ particula tenuis, aut präpucium, nec augeri, nec coalescere potest. Hip. Sen. 19. par. 6 Apho

\*Ignem ſacrum deforis verti introſum, non bene eſt. Interius foras, bene eſt. Hip. Sen. 25. par. 6 Apho

\*Qui calui ſunt, his varices grandes non ſiunt. Quibus autem caluis varices ſuperuenerint, his capilli de novo ſubnaſcuntur. Hip. Sen. 34. par. 6 Apho

## LIBER TERTIUS.

- \* Quibus cancri occulti fiunt, eos non curare melius est: qui enim curantur, celerius pereunt: qui non curantur diutius durant. Sen. 38.par.6 Apho.
- \* In vleribus annuis aut etiam diutinioribus, os discedere, cicatricesq; effici cauas necesse est. S. 45.par.6
- \* Si omentum decidat, putrefact necesse est. S. 58.par.6
- \* In osse ægrotante caro liuida, malo est. Sen. 2 par.7
- \* Horror à sudore non bono est. Sen. 4 par.7 Apho
- \* A vomicæ ruptione interna resolutio, aut vomitio, aut animæ defectio euenit. Hip. Sen. 10 par.7. Apho.
- \* Ab ossis exutione ignis sacer malo est. Sen. 19 par.7
- \* Ab igne sacro putredo aut suppuratione sequitur. S. 20.p.7
- \* A forti vlerum pulsu sanguinis profusio sequitur. Hip. Sen. 21.par.7. Apho.
- \* Quodcunq; os aut cartilago præciditur in corpore, increscere non potest. Hip. Sen. 28.par.7. Apho.
- \* Quibus inter ventriculum & venas pituita constituta infert dolorem, utpote quæ ad alterum ventrem exitu careat, his pituita per venas in vesicam delapsa leuatur morbus. Sen. 55.par.7. Apho.
- \* Quibus tubercula in vrinario meatu oriuntur, his suppuratione facta & eruptione, leuatur morb. S. 58.p.7
- \* Vbi in toto corpore mutatio sit, & modo corpus &c. Hip. Sen. 61.par.7. & 42.par.4. Apho.
- \* Sudoris copia calida aut frigid. assidue fluctis humorē deduci robusto supra, debili infra, significat. S. 62.p.7.
- \* Quibus tubercula diutina aut in articulos dolores ex febre decumbunt. Sen. 65 par.7 Apho.
- \* A fideratione abscessus accidit ossis. Sen. 81.par.7.

F I N I S.

# LIBELLVS

106

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΙΔΡΩΝΟΥΣΟΥ,

Tertio Damiano Vissenaco Decoipolitano,  
Doctore & Medico & Chirurgico  
Autore.

Hic Hidronosi notitia & causæ docentur.

Caput primum.

**R**em planè videor facturus gratam bo-  
nis æquisq; viris, si pro mea mediocri-  
tate contendam, hoc præcipue cala-  
mitoso tempore, consilio si non tam  
exacto, at sedulo sanè subuenire, & iam  
iamq; desperatis manum porrigere.

Non me sanè latet, quām sint & vires impares, & hu-  
meri depresso: imò proprio me metior pede. Ideo 'que  
nullus mihi aurem vellicet vnguiculis suis demorsis,  
dicens, οὐδὲν διατρέψει. Nam hoc ipsum cum Socra te profes-  
sus ingenuè fateor, vix me nosce ignarum me. Si quid  
tamen aptum exibit, quod in ægrorum rem sit, rogo  
æquum lectorem (non τὸν μωλώποτον illum Cæsarem) ut bo-  
ni consulat, & si liber, comparet cum illis quæ dormien-  
ti exciderunt. Nam & aliquando bonus dormitat Ho-  
merus. Sanè si quid peccatum erit in hanc partem, fa-  
tebor & hominem & labi potuisse me. Quis enim va-  
pulet ob hoc, quòd consilium quidem dederit, si aliter  
ac putabat ceciderit: quod Aeschines Demostheni im-  
properans veluti Herculis clava retusus tacuit. Deniq;  
sicubi me existimatio mea fefellerit, habeam submo-  
nitorem, & occasionem dedero sapientiā fiam pruden-

c.ii. tior

## L I B E R D E

tior. Atq; vtinam sit, qui meliora doceat, & in commu-  
ne bonum calamum aptet. Ex hac enim controuersia,  
vel si mauis dissensione, nascitur pax indiuidua: cui ap-  
plaudat & Rex & populus, sanus itidem & agrotus, in  
commune vniuersi mortales. Utinam aspirantibus au-  
ris, velisq; secundis aliquis inueniatur, qui Hippocra-  
tem quempiam referat, aut Galenum postliminio alte-  
rum nobis exhibeat, qui morbi huius recentis aut no-  
ui & remedia monstret, & exordia edicat, causasq; scru-  
tetur. Multi hactenus medicorum solatia experti, fue-  
runt affecti: at hic veluti prostrati siluerunt omnes,  
dum tota hominis vita tenui verò penderet filo. Alius  
nouum aiebat morbi genus, alius vetus ex Britanicis  
oris aduentum, ac subitum, quod hominē internitioni  
actutū mandaret, ac intra viginti & quatuor horas tol-  
lat, aut liberum seruet. Si nobis noua est morbi facies,  
non ita veteribus, cur hic tantum silentium. Nisi non  
ille verè censendus est, qui Octauiani Imperatoris tem-  
poribus bello Cantabriensi complures confecit & pro-  
stravit. Aut si antiquissimo poëtae, ac ipsi poëtarum pa-  
tri credimus Homero, aut illius enucliatoribus fidem  
habemus, planum est similimam huic in exercitu s-  
uisse, dum Troia obsidione premeretur. Ultimo præ-  
terea Rhodiensi bello constat Turcam grandem suo-  
rum accepisse cladem, certè non tam ex belli saeo stri-  
ctoq; mucrone, quam ex huiusmodi malo diuinitus for-  
tè immisso, quod huic socia arma vel iunxit, vel certè  
ex hac conflatum est veluti matre & æditum. Nobis  
inaudita hæc fortè, ut dixi, malicia, & noua est infirmi-  
tas. Sed mirandum planè, si hæc sacula illi soli exposita  
videntur. Magna profectò, si res ita habet, vellicatio,

ut nos mortales meminerimus & dietarios. Sunt animalia quædam diem vnum non excedentia, ἐφέμενη appellata: quin ad illorum vitæ breuitatem nos metimur, & fastum omnem superbiamq; deponimus, ac auaritiam ceu letale venenum fugimus. Habet cognationem proximam cum febre pestilentica, sed in ea parte dissidet, quod in hac calorem illum innaturalem pungentem post longa sitis tormēta, vigiliæq; tædia, ut somnus portas pulsauit admitti postulans, infrangi ac diminui cernimus: hinc ex spiritibus intus luctatibus & ejaculari conantibus, labor exoritur, ingensq; sudor effunditur, qui huic remedio esse perhibetur. Hoc verò nouum morbi genus priusquam suo se iudicio Cretico demonstret, priusquam hominem ut sibi præsens sit moneat, cum grauissimis cordis anxietatibus aggreditur, immeditatumq; premit, & totus totus quantus est lecto alligatur: qui nimio angore pressus præ pœna doloreq; mox totus in sudorem resoluitur, occupatis sanè & nimium cordi consulentibus membris preciosioribus, qualia sunt Iecur & pulmo, aliisq; vel contiguis vel adhærentibus. Hunc dum somnus inuadit, vna spiritus exagitati cupiūt refici quidē, sed interioribus ita resolutis, faciliter hoc fieri impossibile est: hinc sudor diminuitur, & morti viam aperit. Per spicuum est igitur inuicem dissidere, nec in vna sede morari vtrunq;, licet vterq; materialis exitū minetur: at hic omniū citissimè, tantum abest, vt febris diaria dicatur. In omne hominū genus fæuit, nulli parcit conditioni, nulli ætati, nulli sexui, vt verè possimus dicere cū lob: Quia manus Domini tetigit nos. At nunquid emendati sumus? nunquid compositum mores re-

Audin  
Notes

pro-

## L I B E R D E

probos? & in meliorem frugem assurreximus? Timendum, ne incipiat nos tam tepidos ex ore suo euomere Deus, ad quæuis sanctitatis & vitæ innocentioris integratatem naufragabundos & iacentes . Verè mortalium scelera iram prouocarunt diuinam, quæ tanto grauior venit quanto tardior fere exeruit: nam quod & Ethnici quoq; norunt, tarditatem supplicii grauitate compensare consueuit. Non est credendum, temerè immisum aut natum malum hoc: quod siue dicas Hidronoson, siue sudaticum morbum, aut Anglicum, nihil est, nec habet apud me momenti quicquam: rem spectandam potius arbitror quam nomenclaturam. Dictarius sanè est , vno quia die hominem iugulat & affert. Permissione igitur diuina mortalibus immisum credo, ut resipiscant, si non amore iustitiae, certè timore pœnæ. Iam recitari illius diffinitionem par . Morbus inquam est Hidronosos, subito hominem corripiens, per quem vniuersum corpus sudore perfunditur, adeò ut totum ceu è balneo rediens distillet, eiusq; organisatio & temperatura eueritur, cum omniū meatuum tam exteriorum quam interiorum summa dilatatione, non sine cordis angustia, presente circa ipsum calore feruentissimo, qui tantus in eo sentitur atq; toto corpore conceptus est, ut aduri interiora videantur omnia. Vidi quibus etiamnum detracta sit cutis vniuersa præ calore, & veluti renati post adeptam sanitatem videbantur. Sudoris illa immodica quantitas malorum humorum arguit exuperantiam: quorum discussio fit caliditate eos attenuante, & vrente interna: quæ quia non cessat continuaq; stat, sudorem constanter iugiterq; in cutis superficiem protrahit. Neq; fieri potest

Potest, quin simul facultas vitalis euanescat, cuius maiorem partem amissam mors necessario sequitur, morbo praesertim qui saeuire non desinit, omnes vires explicante, & ægrum iam iam fatiscentem ad extrema vocante: Quod satis velle videtur Hippocra. hac sententia, Qui saepe & multum exoluūtur sine causa manifesta, ii dereumente moriuntur. Sudor hic num sit è sanguine proueniens sese despumante, cuius meminit Galenus libro de iuuamento anhelitus, an ex bile flava, seu atra expressus, nondum compertum habetur satis, nec liquet admodum. Ego interim vt mei iudicij sequar vel rationē, vel studium, ausim modestè meā sententiam pronunciare. Dico enim illum esse & colericum & sanguineum ex vtroq; participantem, propter prædominans in vniuerso corpore calidum, facultate secretoria adhuc robusta & valida, æqualiter extensem & humorem attenuans, vt prius dixi, alioqui nihil sensibiliter emanaret efflueretq;. Adstipula tur Galenus huic sententiæ nostræ de febrium differentiis secundo. Furiosum adsero venenosumq; & peracutum hunc sudorem, quia membra præhendit principalia. Inde accedit, vt continua fluxio si stulto quidam imperio subducatur, sistatur, aut prohibeat priusquam sudatum sit satis, quum perniciosum virus intus concludatur, atq; desidere cogatur, totis sauit praecordiis, citoq; hominem iugulat. Huiusc morbi si causas scrutari volumus, duas potissimum inueniemus: Aëris ambientis nos vndiq; qualitatem infestam, quæ & attrahimus & respiramus, atq; si distemperatus, & pestilenticis humoribus exordinatus noxio toxico imbuietur, quod circa cordis bonitatem illudens & præmen-

LIBER DE

mens facile in cognitionem suam sanguinem dicit,  
quo pariter infecto, cordis haud raro sequitur extin-  
ctio, quod ipsa qua vegetatur potiori sanguinis gutta  
inficitur. Alia huius mali causa est, venenatum alimen-  
tum: quia licet in longa tempora homo vixerit inco-  
lumis, nihil arbitratus hinc imminentem periculi, tamen  
vbi aër ita afficitur ut respondeat dictæ malicie, iam  
ne Hercules quidē (ut est in proverbio) aduersus duos.  
Animaduertere est sanè, aërem iam admodum infectū  
esse. Nam Cometes visus in mucronem desinens, & cri-  
nitus vespertino tempore, verè aëris maliciam & im-  
puritatē protestatus est: in quo ignis agens facile spi-  
ritum sibi germaniorem calcaribus vrsit, & in angu-  
stum diduxit, ut hinc labor interiorum, & sudor præ-  
laboris anxietate poris exilierit, turbinatimq; effluxer-  
it. Visus est deniq; is idem orientē versus manè qua-  
tere iubar suum, stetitq; coronis aut cauda illius ver-  
sus meridianam plagam, spiritu & anima ex aëre con-  
cepto illò illum inclinante. Notissimum est verò pe-  
stem illic sœuisse crudelissimè, ne euandum putetur  
communis rationis extimatio, portendere scilicet aut  
grassantem, aut sœuituram pestem, aut concitandos in  
bella populos, aut famis grandem inediā subiturā.  
Vereor ne anni istius status non respondeat votis plu-  
rimorum. Nam deliquium quod instat lunæ tetra ter-  
ræ minatur vestigia. Dii benè vortant. Sunt fortassis  
& aliæ causæ non irrationabiles, quæ testari queant vn-  
de furia infernales vniuersas in terris ignitas excusse  
rint comas, nimirū si iam caluæ emissis colubris sint  
in ardorisq; vehementiam homines coniecerint. Sed  
has aliis post me commemorandas relinquo, salcumq;  
hunc

hunc concedo lubens. Sunt tamen sannis suspendendi  
 exibilandiq; Noti, qui opinantur, sed cæcūtienter,  
 morbum hunc non esse contagiosum, nec ad alios pos-  
 se transire ex conuictu aut cōtractu, simili'ue de causa,  
 afferentes ortum habere ex metu: quorum falsitas de-  
 præhendi queat vel ex medioximis. Nam si ita se res  
 haberent, essent indicia quædam morbi aduentum cō-  
 testantia. Nunc non meditatum, non vellicatum vel  
 tenui admodum fastidio, lassitudine, nausea, clanculò  
 aggreditur & certamen instituit. At primus congres-  
 sus veluti vago fit milite, insultimq; nunc ad arcem  
 Palladis decurritur: qua in potestatem redacta, porta-  
 rum expugnantur exitus, ventriculi videlicet orificiū,  
 venarum meatus, stomachi patens hiatus, iecorisq; de-  
 meacula. Capta deniq; humana vrbe, peruersus fer-  
 pens incendia iactat, Vnlcanus ardens vrit officinas,  
 & interiores gazas depascit igne, frustratur medico-  
 rum ars, experientia iacet, homo bulla luctantem ne-  
 quicquam animam exhalat. Dicet mihi quispiam mul-  
 tos restitutos fuisse incolumenti, qui commodè fuere  
 habití. Fateor, & expertus sum dexteritatem pluri-  
 mum præstare adiumenti. Interim pestis contagio-  
 nem euadunt alii minus sedulò tractati, aut postha-  
 biti & neglecti, vt sæpè est cernere: alii verò medico-  
 rum auxiliis, pharmacis, antidotis, & quibus non rebus  
 adiuti, nihil promouent. Concludo. Nouit Dominus  
 qui sint sui, alios è carcere liberatos corporis huius  
 euocat, alios captiuos referuat.

Quibus sanitas contra hanc luem tuenda est.

Caput .II.

d

Addi

## L I B E R O D E



Dduinata morbi notione, par est, vt ostendamus, quibus phalaricis hunc à nobis protelemus. Non enim sufficit hostis expendere vires, ni etiam nostras comparaucrimus.  
Dicerem (quod semper fecit Demosthenes) nullum tutius remedium fuga, si & ea vsq; tuta foret. At hic carnifex tantis parasangis præcurrit, vt priusquam tutos nos arbitremur, ille præuertat, & cursum impedit institutum. Totum penè orbem huius incendii odor venefico suo contagio peruagatus est tam teter, vt ex Auerno accitum credatur terq; quaterq; pestiferum monstrum. Siue sit hoc malum enatum in capita hominum scelerorum, siue puniendis humanis erratis, seu quauis alia occasione mundum pressit, non est iudicium iudicii, nec cadit sub censuram meam. Vndeuis ortum habeat, certè propiciandus est nobis Deus, vt aueruncetur à nobis, & piis operibus ambiendus, vt exercitam manum suam contineat, præstans pœnitentiae locum, & vitæ examinationis remedia sufficiat, quibus incolumes consistamus mundo corde, & manibus innocentibus thus orationis & syncerioris vitæ illi offrentes. Ad hunc nidorem auocabitur ira illius, admissa intra diuinitatis suæ penetralia incenso omniū oderifico, fugatoq; quod furiit monstro, inq; abyssum relegato. Vbi tali velitatione satagerimus, tum medico rum sunt consulendæ rationes, tunc corporis tutela illic commēdanda, vbi spiritum vitalis vnda pœnitentia lauerit, & omnia inferiora confiteantur Domino quia bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. Simulq; animaduertendum est in gulæ illecebras, & mo

modus debitus est seruandus, parceq; viuendum, & du-  
riter (vt inquit ille), ne ocio & desidia torpidi, in ve-  
ternum cadamus. Ad victus itaq; rationem dextrè ab  
soluendam, corporis constitutio consideranda est, vt  
secundum hanc alimentorum qualitas concinnetur.  
Consideranda ætas, ne nimium validis, humidis, aut  
aliquo venenoso succo tinctis opprimatur. Item re-  
gio, ne sit graui aëre septa, aut perpetuis aquilonibus  
obnoxia, aut aliis noxiis lacubus tetur exhalatibus  
contigua. Ante omnia consuetudo quæ in naturam  
vertitur, est perpendenda, ne exorbitet, ne à semel ar-  
repto scopo mentis aciem auocet, & si sit viaciata, re-  
fici debet, ac melioribus imbui. Insuper anni tempus  
ponderandum, eiusdem constitutio, vt ad horum qua-  
litatem & cibi competant commodiores, & quantitas  
non excedatur. Galeni est proprium hæc scrutari, & in  
pluribus locis eorum meminit, quæ hominem circun-  
stant externa, quorum tum cura, tum consideratio nō  
minus intuenda venit, quam corum quæ intus & in-  
cute latent. Eodem contendit Hippocrates in plarilq;  
suis sententiis, libro præcipue de aëre, aqua, & regioni-  
bus. Cæterum quum exacta victus exhibitio in se con-  
tineat solidam sex rerum præter naturam cautionem,  
deinceps harum mentio habebitur. Quisquis igitur  
sanam vitam cupiat degere, & sine graui ætatis detri-  
mento ad ingrauescentem senectutem commeatum  
sumere (quid enim nō dicam sanitatem commeatum,  
quum illa quavis pecunia, quibusvis opibus preciosior  
sit, & senectutem suo pondere grauem & morbis ple-  
nam leuiorē efficiat portabilemq;) curet nebulosum

# L I B E R D E I

ut fugiat aërem , atq; ne ventorum conflictantium rabi  
bie sœuiente corpus lasset. Nam quum semper pericu  
losa sit immoda exercitatio, hoc præcipue tempore  
vitanda. Sit igitur exercitatio pro corporis subsisten  
tia, non ut dilatetur , aut turgeat . Deniq; hi admissi  
venti ut quidem implent, ita nimium humectum red  
dunt corpus, & ipsum in putrilaginem detrudunt: nam  
pori (ut vocant) corporis per hos aperti, crasso aëre spi  
ritibus ac succis vitalibus inimico implentur, vnde fit  
ut sedibus spirituum vitalium occupatis, cæca illa ex  
piratio prohibeatur, & calor vegetius obruatur, qui  
cùm constanter augeatur, ad innaturalitatem atq; fu  
rorem deuiat. Inde habitum alium mentitum & de  
generem induit, quo sibi cætera generosiora membra  
deuinciens, in eandem coniurationem pertrahit, qua  
torus pereat homo, vel ad minus in debilitatem con  
cidat, & vel febriens in mari , vel exuccus in arido ani  
mam ponat. Nam aucto ad summum humore tetrico,  
virtute expultrice forti, superfluis attenuatis humoris  
bus tam conspicuis, quam intra penetralia latentibus,  
dilatatis meatibus sudorem cogit mox vehementem,  
extruditq; , atq; cum Poëta, Tum creber anhelitus ar  
tus Aridaq; ora quatit, Sudor fluit vndiq; riuis. qui su  
bito nisi cautè prospiciatur, iugulat. Tales igitur ven  
tos talemq; aëre fugite, & foribus occlusis fenestrisq;  
domi vos continete, quousq; sol exortus quæ nox ma  
litis humoribus amica terris aggressit, vel in aëre suspē  
dit, per purgarit, ac (ut ait ille) humectemq; aurora polo  
bis pa. 192. dimouerit umbram: Serenumq; illucescat , ac faciem  
formosus Apollo exeruerit. Nemini dubiū, quin nox

Sudor frigi  
dus prodit  
ab humore  
crudo aut  
sua natura  
tali, Calid<sup>9</sup>  
cōtra, Hip.  
L. de mor,  
bis pa. 192.

cœ

cœlum polluat. Summoperè etiam curandum, & quasi  
in pestilentico esset discrimine fatagendum, vt fene-  
stræ & loca quæq; quæ versus septentrionem vergunt  
commutentur, & eo tendant vnde pura & defæcata au-  
ra admittatur. Si vero domus situatio hoc neget, curan-  
dum sanè vt aliquo remedio illi succurratur, vt habi-  
tationis aura pura efficiatur. Oportet igitur, vt dixi su-  
perius, clausis stare foribus quantum licebit, & per to-  
tam domum quām odoratissimis sparsis aërem illum-  
nocturnum vel flamma, vel suffumigio odorifero exi-  
gere, ac curare vt omnis illuuiies expurgetur quæ te-  
trum odorem inuehit, & spiritibus subtilioribus oc-  
currrens retardat ipsum cordis fontem, inficiens & ad  
pestem sœuientem veluti præparans. Deniq; constru-  
endus est ignis, qui ad purgandum aërem vel maxime  
conducit. Mirum quantum letalis noxæ inferat cordi  
interaneisq; si veterosum externū aërem manè odo-  
remur. Ignis verò natura est, aut subtiliorem reddere  
aërem, aut quod nocuum est consumere: qui in om-  
nibus vicis construendus, vt aër tenuetur aut emende-  
detur. Nam reliquum nebulosum quid aut nubilum  
lædit, & generi humano adfert perniciem grauissimā,  
quum crassus aërambiat nos, & in illo veluti volute-  
mur agamurq; & nonnunquam vbi sibi conformia na-  
tus est, illic sese insinuat & letale vulnus infligit. Hic  
insuper herbis humum aut pauimentum spargite.

& Ros. Vio<sup>rum</sup> Amaraci, Thimi, libanotidis ana par-  
tes æquales. Verùm si recentes inueniri nequeūt, aqua  
decoquito, solumq; probè versum harum decocto per-  
fundito. Diuitibus verò qui salutem suam maioris Decoctum  
face

Herbae  
odoriferæ

## L I B E R D E

facere solent, sit huius loco aquarosarum tepida. Præ-  
rerea fuffimentum ex puluere gariofillorum non sper-  
nendum. Cuius nidor aëris virulenti vincit infidias,  
eiusq; mirabilis est corrector, & subinde vires eiusdem  
frangit, & eneruat sœ uitiam, ac corporis spiritus euocat  
blande & dulce spirare facit. Iuuat deniq; eodem ius-  
culo, aut decocto etiam aqua rosarum manus & facie,  
reliquasq; partes extremas frequenter ablucere ac ve-  
luti irrorare. Competit & horum suffitus.

**Suffimētū** Rx Macis,  
gariofillorum, ligni aloës, granorum tinctorum, cro-  
ci ana 3 flz, galliæ muscatæ, nucismus, asari, Cipri, been  
alb. & rub. Corticum citri, calami aroma. Cinnamo.  
Coriandri, ana 3.i. terantur: addantur Vernicis, Lau-  
dani ana 3.i. Masticis, Stiracis, Terebentinæ ana 3.ii. ex  
quibus cum pistillo in mortario calido diu agitatis &  
concussis, fiant trocisci, quorum vñus proiiciatur ma-  
nè etiam vesperi in ignem, amaricinum enim tibi spi-  
ramentum vitalibus amicissimum reddet. Qui tenui  
sunt fortuna, quibus domi est curta supellex, prædicti  
loco Thure vtantur. Aliud cui mirāda vis inest, quod  
aëris corrupti contagem absument, eius odorem halitumq;  
spurcum & fœtidum quam commodè abigit.

**Suffimētū** Rx Ros. rub. Cipri, Sansuci ana 5 flz, Sandali, Cinnamo-  
ni, gariofill. macis, spicæ nardi ana 3.ii. carbonum li-  
gni salicis, aut tiliæ 5. iii. Thuris, mirrhæ, masticis, sti-  
racis, calamitæ, laudani puri ana 3.ii. frumentur, vt prius.  
Addi huic potest si libeat, modicum musci aut ambre  
ad maiorem odoris delectionem. Verum si non be-  
ne cohærent, addatur modicum de muscilage gum  
mi arabici. Quibus negotiatio foris erit, odoram hanc  
sphæ

Sphæram in manu secum deferant. & Stiracis 3.i. lau sphæra  
dani.3.ii. masticis 3.i. nucismusc. macis, gariofill. cro-  
ci, cinnamomi, ligni aloës ana 3.7, ambrę gri. gra. 6.  
musci dissoluti in vino odorifero gra.iii. commisce-  
antur, vt supra dictum est, & fiat sphærula syndona Hem Note  
operta. Inueniuntur tamen sues aliquot, qui malint in  
volutabro luti mersi voluptuari, quām ad remedia po-  
tiora animum aduertere: hi finendi sunt, veluti di-  
gnum patella operculum nacti. Fortassis eiusmodi est  
ingenium cui non nisi similia competant, quemadmo-  
dum Crasso semel in vita ridente accidit afino cardu-  
os edente, dignas habent labra lactucas, inquiebat admirator tam seuerus. Radix etiam zodoariae masticata,  
vbi clarum mane emerserit, laudatur, quibus & ego  
fruor nonnunquam & vsus sum, hinc totius diei com-  
modum referens admodum tenue. Nam malo huic  
obiectus sensi quām verè sit dictum, præstare infirmi-  
tati sanitatem cum breui recula, quām Crœsi diuitias  
habentē, ægrotum degere. Leuius tamen tuli ac plu-  
rimi qui fortasse operosioribus vñsi medicaminibus ad  
vitæ calcem peruenere. Etiam, si sit vulgarior cibus  
quām vt laudem mereatur, tamen butyrum recensū  
pane rutāue, manè nō dissuaserim: nam venenata quæ-  
libet aufert adiecta saluia. Verūm interim à Baccho  
abstinendum arbitror vehementi nimium agitatore.  
Nam prodromus planè est, & futuræ furiæ locum fu-  
riendi relinquit, atq; venenato aéri faciliorem præbet  
transitum corporis meatibus patentibus, in quibus ad-  
missus aér pestilenticus sese colligēs maior iam seipso  
euadit, & lucida fit fortior. Qui verò ientare minimè  
sunt

## L I B E R D E

Sunt assueti, glutiant theriacę pulsulū, aut metridati,  
aut electuarii tyriacalis, cum modico vini aut aceti.  
Pueris verò aut tenuioris stomachi adulescētulis, sola  
conserua rosacea cum modico vini vel aceti ad malū  
aērem propulsandum sufficiat. Pauca hæc de aēris fa-  
**Theriaca** lubritate commenti iam sumus. Cæterum si exactiore  
quis requirat disputationē, alio illum demerebimur  
tempore. Prætereundum minimè est, aērem hoc tem-  
pore ad siccitatem esse immutandum. Quid æstiuo  
tempore faciendum, fortasse dicerem, nisi & prolixius  
esset, & hoc calamitoso tempore foret maturandum.  
Aliās hac de re disputabitur. Nec sum vsq; adeo le-  
theo gurgiti immersus, vt Mnemosinen meam desi-  
derem suffecturam ea quæ me fugerint, vt nesciam di-  
uersas corporis constitutiones diuersa item aēris tem-  
peracula desiderare, & ediuerso. At prædictæ artifia-  
les aēris transmutationes cuiuis conueniunt, plus vni,  
minus alteri, iuxta cuiusq; naturā, vel in malum pro-  
niorem, vel in bonum: decet vnumquenq; seipsum  
metiri, ne (quod dicitur) ultra crepidam futor. Iam ad  
reliqua. Quæ sit aut esse debeat victus ratio, infelicissi-  
mo hoc tempore, qualis sit alimonie dicta deligenda,  
quo tempore diei, quoties, & ad quantam quantitatem  
superest ut dicamus. Qui igitur sani & quām felici-  
ter agere cupiunt, nec hoc infici malo, optimos sibici-  
bos deligant & apparare studeant. Nam vel Galeno te-  
ste, mali ac praui cibi malos atq; prauos gignunt suc-  
cos. Sit panis ex celestissimo mundissimoq; tritico le-  
uis, aqua pura confectus, æquo tempore coctus duorū  
aut trium dierum, & non sit mucidus, aut qui antiqui  
tate

tate induruerit. Caro omnis suffita aut sale diu mace  
rata, Suilla, omniumq; animalium quæ in auiariis vi-  
uariisq; saginantur, & aues aquaticæ contemnentur.  
Verum ista scribimus sanè illis, qui queant adire Athe-  
nas (quod non cuius contigisse est scripto relictum po-  
steris) quos plus æ quo amauit Iupiter, & aureo com-  
pluit imbre: non tenuibus falsamentariis imbutis, nō  
pauperibus, nisi fortè Apiciis, cupediariis, Iurconi-  
bus, helluonibus, quadralingis, qui diuersis missibus  
gulam irritant ac renouant appetitum: his competit  
caterisq; omnibus quæ sequuntur, phasianus, turdus,  
filuestrium omnium gallorum genera, palumbes, per-  
dices, auiculæ omnes filuestres, lepus iuuenis. Capo,  
pullaster, veruex, hœdi, vituli lactantes, forbilla gal-  
lorum recentia omni tempore salubria sunt. Pisces  
omnes insalubres, ii maximè (Auerroe teste) qui limo-  
so lacu aluntur, post hos secundum maliciæ gradum  
obtinent salvi, aut fumo durati. Veruntamen qui su-  
perstitione quapiam, aut sui ostentatione esu piscium  
delectantur domi præcipue, foris verò ciborum dele-  
ctum negligentes, eligent squamis præditos, saxatiles &  
fluiales recens captos, vino & aceto cum lauri foliis,  
saluia, libanotide, mace, nuce muscata suauiter lento  
igne & diu coctos. Calidos etiamnum edent: lñadunt  
non parum frigidi esti. Affi tamen plus conducunt,  
quam aqua cocti. Sed quid his gulæ instrutoribus pi-  
scium apparatus præscripto commonstrem, quum  
hoc sit candelam lucidissimo Soli accendere, aut ligna  
in syluam portare. Sunt enim in hanc partem ingenii  
ostiores quam expeditat, ad cætera stolidissimi, & iner-

## L I B E R D E

tia terræ pondera, crassiculi & bene curata cuto Epicuri de grege porci : tales apud Italos multos reperias, apud nos verò plures quam par sit. Absit ut incessam bonorum religionem , qui virtutem carnis priuatione consecetur. At illos digito indico, qui non ex ipsa re virtutem, sed in re ponunt. Alioqui & caro est piscium, quod receptum est omnibus vel mediocriter doctis, & non raro plus castitati insidiatur, quam terrestrium animalium caro. Qui tamen hanc vicitandi rationem ponunt ubi nulla urget necessitas, hi condemnadi sunt, non quia à carne abstinent, sed quia fastidium vitant, quasi naturæ non sufficiat leuissimum alimentum . Fructus præterea nullos probo, nec crudos nec coctos, nam omnes stomacho inimicantur , & putrescibilem corpori succum concinnant. Vino eoq; antiquo & meraco, & quod leue sit & generosum potius, quam cervisia vtendum , nam vadit in venas & cum spe diuite manat. Verum quod meracius forte obtinet possidetq; temperaculum , per aliquot horas ante bibitionem lympha modica diluatur. Huius tamen nec ieiuno ventriculo laudarim bibitionem. Tempus prandii aut cœnæ quoties, & ad quantam quantitatem, assuefactioni cōmittimus. Verum tamē sit prandium cœna largius, non tamen immodicum: Ait enim Hippocrates , Non facetas , non fames, non aliud quippiam bonum est, quod naturam excedit. Nunc de exercitamento, quod minimè negligendum est illi, qui sanus degere malit quam æger: nec huic se credet quispiam, nisi aëre nubilo densoq; à solaribus radiis perpurgato, & ante cœnam . Sit tamen viribus æquum, ne nimia lassitudine cor

corpus conficiatur. Hocq; præceptum iis sit, quorū corpora sunt munda , nam fōrdida spuriis succis oppleta, purgamentis prius dilui purificariq; oportet, quod ab hac lue maximē hominem tuetur. Exercitentur igitur videndo oculi, stando dorsum, loquendo & cantando pulmo: inambulando pedes & crura: totum corpus saltu aut cursu, vel, vt vult Galenus, sphæræ ludo. Cibo recens sumpto nulla sit corporis fatigatio : deambulandum leuiuscule, aut standum, vt melius atq; facilius acceptus cibus in fundum stomachi descendat, nam id loci perfectior fit decoctio . Post duas aut tres horas à commestione ad prædicta exercitamenta pro consuetudinis tamen ratione properandum . Insuper de Somno & Vigilia . Vigiliæ & Somnus, si immodicè fiant , non solum ad hanc ægritudinem , verū & ad quāuis aliam corpus propensum faciunt. Audite Hippocratem . Somnus aut vigilia si alterutrum modum excesserit, malo est. Nam ille quemadmodum & quies crudis humoribus corpus adimplet , hæc haud secus quam immodicum exercitium id exhaustiens ac deurens, bilem huius morbi fomitē generat . Vtriq; ergo iustus adhibendus est modus, idq; tempore conuenienti . Diurna dormitio omnino fugienda . Animi præterea iucundæ affectiones miram utilitatem adferunt, nam acerbius affligentes affectiones , vt ira, timor, & similes, explodēdæ: quibus & concubitus modum exceedens annexitur. Ante omnia tamen consuetudo semper ante oculos habenda .

De medicamentis ab hoc morbo  
præseruantibus .

# L I B E R D E

## Cap. III.

**N**am in medicaminum vſu prædictarum omnium exacta habeatur ratio, siquidem his neglectis, & dicta & dicenda nulla erunt.

Imprimis igitur corporis impleti aluus medico auxilio ducenda est, ipsam ab humore corpori oneroso exonerando: nam mirum est quantum competit aluum semper habere laxam. Cæterum non modò medicamentis purgantibus corpus vtendum, verum etiam quibus & id vſui esse solet, matutinali æstuarii aut balnei ingressione semel in hebdomada corpus purificādum, itaq; à feralibus agrestibus & superfluis sucis purum seruabitur. Harum deniq; pilularum vſus efficacissimum corpus ab hac tuendo ægritudine præbebit remedium. ¶ Turbith. rad. Irreos, myrrhae, croci anaθſ, aloes vino diluti θ.i. terantur vino ac excipiatur odorifero, & fiant pillulae quinq; : harum una deuoretur alternatis diebus. Eximia harum virtus est, ab aquositate sanguinem purgant, & à putredinis iniuria corporis succos præseruant, vim vitalem corroborant, corpus vniuersum ab humoribus citæ putrefactioni obnoxiis ac venenosis vindicant. Nam qui repletiores erunt, duas simul transglutire non timeant.

Harum loco alii laudant pilulas ruffi. Cordis deniq; regionem vſq; sub sinistram acellam oleo balsami optimo oblinunt, & recte. Qui firmioris erunt ætatis, prædictis purgamentis addant venæ sectionem, prius tamen bene perpurgato corpore. Præterea priusquam domo quis egrediatur, manè huius electuarii accipiat Electuarium 3.ii, cum parte panis vino diluti. ¶ Fragmentorum

ſma

smaragdi, rubini, iacinti, granati, carabæ, ana 3 fl, ossis  
de corde cerui, vnicorni, ana 3.i. auri & argenti puris  
simi friati ana 3 fl, ambræ grana tria, Cinnamomi ele-  
cti 3.ii. radicis tormentillæ, rad. diptami, rad. enulæ  
campanæ, Sandali rubei ana 3.4. rasuræ eboris 3.ii. spo-  
dii 3.i. terantur, & cum saccari debita quantitate & vi-  
no fiat electuarium in tabulis: vel cum duplii quan-  
titate saccari ad pondus aliorum fiat puluis, quo vta-  
tur ut dictum est. Nam hæc omnia cum cæteris præ-  
scriptis loco de aëre, mirum in modum hominem ab  
hac pernicioſissima lue tuentur, aut saltem si quis ea  
præhendi vitare nequeat, non vehemens sed leuis ac  
ſine periculo cruciatus erit. Nec video cur Notus lau-  
det acetum epotum, in quo prius diluta fuerit rosa  
(ut vulgo vocant) hyemalis, cuius herbam nonnulli  
vocant malauifcū. Mihi potius ridicula videtur per-  
ſuatio, quām medicamentum. Hæc sunt quæ præſidiū  
aliquod monstrare queant, si quis legittimè vtatur. Et  
ſcio & noui diuinationem hanc esse verius, quām pro-  
fessionem medicam, ut fit in morbis incognitis, & qui  
ætatem excedant hominum, si fortè quandoq; noſtras  
habitauerint ſedes. Sed (ut prædixi) malui humaniter  
meam fateri ignorantiam coniunctam ſacculo deſcen-  
denti ē cœlo, in quo me ipſe noui, quām defendere,  
aut tueri partes iniquas rei deſitæ apud nos, & ē me-  
dio ſublatæ. Iacet etiamnum Noti & Empiricorū ars  
iſthic omnis, & niſi ē vicinioribus remedia nulla com-  
periuntur. Coniiciendum ergo fuit, & quām erat poſſi-  
bile proximiora ſumenda. Quòd ſi fecimus minus q  
pro re decuit ſolerter, laudanda eſt voluntas, non in-  
cufan

L I B E R D E  
cusanda studii successio, aut labor quasi irritus insibi-  
landus. De huius morbi cura.

Cap. IIII.

**H**Aec tenus de iis dictum sit, quæ nos ab hoc  
ferali malo tueri possunt. Iam deinceps or-  
dini consentaneum est, pro nostra faculta-  
te declarare, quomodo, & quibus curandi  
sunt ii, qui ea retorquentur. Primo tamen dicamus,  
quomodo diuersos diuersimodè adoriatur. Non nullos  
igitur inuadit cum frigore & tremore, cum neruorum  
conuulsione tam in brachiis, quam in cruribus per vi-  
cos ambulantes, maximè post Solis ortum. Hi domum  
sese conferent, & ante ignem exutis vestibus cubantes,  
non humi, nec sub dio, sed inter stragula immoti sese  
continere curabunt. His difficulter (pituitaceos volo)  
sudor erumpit, quare à morbi initio mox ac subinde  
hoc exhibendum est poculum, quod sudorē diffunde-  
re, copiosissimeq; meiere facit. Nam in omni morbi  
huius specie, sudoris vel mora vel absentia haud parū  
nocet. & spicę vtriusq; squinanti, centauriæ, sticados,  
camomill. ana p.i. calamenti M.i. seminis anisi 3.i. ma-  
ratri, coriandri, carui ana 3. f. cicerum rub. M. f. ca-  
ricarum siccaram numero sex, tamarindorum M. f.  
rad. zodoariæ 3. ii. macis 3. ii. nucis musc. 3. i. f. deco-  
quantur secundum artem in aqua feli & scabiosæ, adie-  
cto modico vini, de hoc decocto bibat 3. v. addendo  
pu lueris radicis diptami bene triti 3. i. Syi de Bezan-  
tiis 3. i. f. misceantur, fiat potio, quæ calida exhibea-  
tur æ gro, idq; in morbi initio, vt dictum est. Quòd si  
hoc aut simili medicamento sudor non emanarit, æ-  
stua

Potus sudoris  
rem discu-  
tiens.

quantū in-  
tegrū pug-  
nū opplet.

## HIDRONOSO.

Fo. 116

stuarii calore tentandus: quod si nec sic, profecto moris suspicio habenda est: nam propter humoris crassitudinem, corporisq; obesitatem, & facultatū naturalium debilitatem, venenum intus membra principaliora infestans concluditur. Maximus deniq; calor haud procul à corde sentitur, qui ad cerebrum devolans delirium adducit internitionis nuncium. Nec quenquam vidimus ita delirantem restitutum incolumentati. Flauabiliis vero plerunq; inter stragula hoc malum prorumpit, mox à principio omnibus æquilater calentibus membris sudorem habundanter discutientibus, quo vniuersum corpus seu aqua immersum perfunditur, cum alui solutione ac lotii haud modica ciectione, in ea morbi specie quæ curatum itura est. Cæteri in extremitatibus puncturis retorquentur dolorosis, cordis eos premit angustia, anhelo subinde spiritu molestantur, extremitates obstupefiunt, dolet orificio ventriculi, neruorum contractiones nascuntur, plantarū pedumq; dolores. Aliis mox tument manus & pedes, aliis facies, quæ & in pluribus liuet: non nullis sola labia & superciliarum loca: mulieribus etiā inguina inflantur. Neq; satis sudatum censetur, donec sanguis rursum à cordis regione ad extremitatum venas defluat, liuiditas abierit, & extremorum tumor subsistat: quæ si octaua aut nona hora à morbo incepto contingant, præcipuum salutis indicium fuerit. Curandum insuper haud negligenter, ne æger nimis diu aut vi detineatur in lecto, aut nimio stragulo oppressatur: nam hoc multos iugulasse compertum habui. Cura sic se habet. Cubiculi aër igne ex lignis phagi,

## LIBER DE

gi, iuniperi, aut vitis ad moderatam caliditatem & purificationem exactam commutetur, curando summa solertia, ne per domus spiracula frigiditas ægrum infestet: linteolis præterea calidis ægri caput & collum tegantur. Insuper si lecto decumbens sese de loco in locum mouere tentarit, assistentes quām diligentissimè illi auxilio esse debent, comprimendo in lateribus lecti stragula, ne aër intus spiret, qui suo alioqui frigore horrorem facile excitaret. Deniq; suffimenta fiunt, ut de aëre prius dictum est. Durante itaq; sudore, nullo victu morbo siquidem peracutissimo laborans cibandus est, ne sorbitione quidem. Nec interim dormiendum. Somnus enim pestiferum virus intus colligit concluditq; atq; celerius cor subire cogit, mox interficiens. Quapropter omni qua potest diligentia doloribus seu cruciatibus diuersis, quemadmodū sunt pilorum violentæ euulsiones, ligations dolorosæ, accuti in oculis stillicidium, peruigil tenendus est, donec ad sensibilem morbi declinationem deuentum fuerit: tutò tunc non tamen adhuc profundè dormendum. Tum quia hoc durante angore intensissima vexantur siti, neq; ab omni bibitione abstinentium censem, hæc illis exhibeatur potio vtcunq; calefacta, quæ ad sanitatem contra hanc luem non parum facere inuicta est. & aquarum rosæ, endiuixæ, acetii optimi ana 3.i. perlorum exactè puluerisatorum 3.i. coralli rubei 3.s, saccari candi 3.s, misceantur: hanc bibat exungendo per cannam. Huius loco alii laudant ad sitim extinguendam aquam decoctionis hordei, & electuarii de perlis, aut manus Christi (vt vocant) per se, si in ore

ore teneatur, nec aliud durante morbi aut augmento  
aut statu offerendum. Verum in morbi declinatione  
vbi stratum mutarit æger, potus sit ceruisia tepida,  
eaq; antiqua, ac modicè sumpta. Nullo modo biben-  
dum frigidum. Nec improbarim, si flauabilariæ tem-  
peraturæ ægro in morbi principio hæc exhibeat po-  
tiuncula. & Aquæ rosæ. 5. ii. vini odoriferi 2. i. ossis de Potus.  
corde cerui, rasuræ eboris, fragmentorū lapidum pre-  
ciosorum, coralli vtriusq; ana 3 s7, puluerisata misce-  
antur, capiat æger ut dictum est: hanc si principio e-  
uomuerit, subinde exhibeat, atq; tertio, imò donec  
contineat. Nam prima potio bibita non reiecta, salu-  
tis indicium habet. Cordis calorí intensissimo tumul-  
tuosam circa ipsum continuò facienti ebullitionem,  
pulsationem frequentissimam, delirium calidum mi-  
nitanti, vomendi deniq; appetentiam medicatus sum  
epithimate vel fomētis, ipsi admoto ex aqua rosæ cali-  
da in qua radix zodoariæ & dictami trita cocta sint  
composito. Hoc idem simul cerebro applicādum, idq;  
constanter donec renes & venter ægro doleant: nam  
indicium est calorem illuc ex superioribus trusum  
propulsatumq;. Et si nonnulli hoc medicamentō ad  
animi perducantur deliquium, non tamen subtrahen-  
dum: nam multi sic à delirio imò à morte liberati  
euaserunt. Ita factum est in coniuge mea. Insuper vbi  
æger iam lectum, indusium, & stragula commutarit,  
prius tamen abstergo sudore, nec abs re, immodico so-  
pore nimirum cruciabitur, neq; adhuc profundè dor-  
miendum. Faciendum tamen interim periculum, si  
sommus qualis qualis fuerit laborem adferat: si ita,  
Fomenta

f nullo

# L I B E R D E

nullo modo dormiendum, Hippocrate monitore: si-

Sicut de aliter, absq; periculo dormiendum. Ad sitim extin-

guendam sufficerit ceruisia tepida, aut aqua hordei,

ut diximus, cui insunt saluia, macis, & nux muscata,

Ad oris addito saccaro candi. Oris deniq; siccitatem sacculis

siccitatē. ex muscilage p̄silii, & similibus compositis aqua di-

lutis, lenire solemus. Vicitus ratio tenuissima esse de-

bet, ad humiditatem & frigiditatem non excedentem

procliuis, quam medicorum sagacitati committimus.

Postremo accidentia hunc morbum sequentia corri-

genda sunt. Nam ex morbo attenuatio atq; debilitas

refarciri debet victu, spiritus & facultates restauran-

te, aluum laxam faciente, quæ aliqui tertio die hoc

clysteri ducenda est: & Iuris nullastræ bulitæ carnis

Clyster du veruecis & hordei lib. ii. addantur ciminij, coriandri,

cess aluum. anisi, seminis feniculi ana 3.i.i. brassicarum, camomil

læ, meliloti, aneti ana M.i. rursum buliantur parum

colentur, accipiatur de hoc lib. i. olei violarum 5. ii.

olei rutæ & aneti 5.i. mellis rosati colati, saccari rub.

ana 3.v. vitella duorum ouorum, salis parum fiat ene-

ma. Quod aluum purgando ciet, fæces à caloris furia

exustos & induratos cum facilitate educet, vapores &

ventos ventris doloris causas resoluet. Verùm clyste-

ria respuentes, hoc bibent medicamentum: & Iuris

prædicti 5.iii. Syi de bezantiis 3.iii. diaprimis solutiui

Medicame tum solu- 3.i.s7, reub. 3.ii. mannae 3.i. miscantur, bibat in auro

tium. ra. Subsequentibus diebus hoc sumendum: & Aqu-

rūm ros7, violarum, endiuiae, ana 5.i. mellis ros7 cola-

Iulep. ti, Syi de bezantiis ana 5.s7, miscantur, fiat Iulep. Ali-

ter tamen pro cuiusuis temperamento prædicta ordi-

nanda

nanda esse nec id ignoro: verum mihi iam fatis est  
viam indicasse medendi. Præterea accidentium cor-  
rectio medicorum sagacitati committitur, sine quo-  
rum arbitrio dictorum nullum fieri volo. Hæc sunt  
quæ de hac lue digna memoratu putabam. Iam haud  
obscurum euadit, M. Petrum Oesterlinck false apud  
proceres & vulgum clamare, huius nouæ luis nullam  
posse inueniri medelam: quasi eo in re medica  
cæcutiente, cæterorum medicorum ingenia  
(citra arrogantiam) nihil possent.

F I N I S.

## Lectoribus S.

**I**N hoc libello, lectores optimi, humili vñsi sumus sty-  
lo, & dictionibus nec id raro barbaris, præsertim in  
medicamentis ordinandis, idq; studio, vt scilicet equis  
fidisq; Pharmacopolis seu Myropolis alicubi fauisse  
videremur. Non profectò τοῖς ἀλλακτοῖς, aut nasutis Dio-  
nysiis sanè lucrionibus perfidissimis, quos ceu Hecates  
filios in Reipub. perniciem coniurasse, vt suæ satiffrace-  
rent Auariciæ, perspicacissimè constat, quam finistrè,  
quam impiè, quam deniq; confidenter miserrimo im-  
ponunt popollo. At sperandum Senatum Gandensem  
in cæteris iam oculatissimum, si hic aliquando sapiat,  
huic malo adhibitum remedium. Vos interim va-  
lete, ac boni consulite. Gandaui.&c.

f.ii.

# C A R O L V S

Q V I N T V S Diuina fauente Clementia Romano  
rum Imperator Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum,  
Vtriusq; Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ,  
Croatia &c. Rex : Archidux Austriae, Dux Burgun-  
diæ, Brabantia &c. Comes Habsburgi, Flandriæ, Ty-  
rolis. &c. Q V V M præstantes ingenio viri, qui sua  
industria, suoq; labore publica studia iuuare student,  
summorum Principum fauore, & gratia foueri, ac sub-  
leuari merito debeant, Et Eruditus fidelis nobis dile-  
ctus Damianus Viscenacus Decapolitanus, Artium &  
Medicinæ Doctor, quām plurimis annis in medicæ  
artis Scriptoribus versatus, eorumq; libris & scriptis di-  
ligenter reuolutis, vt tandem ex diutina lectione ali-  
quid reponeret, ex omnibus omnium flosculis, velut  
apes quæpiam, Medicinæ Theoricas, & Pharmacopo-  
larum officinā, iam nuper, vti nobis relatum est, sum-  
mo cum labore, vigilantia, & ingenii dexteritate col-  
legerit. Quas quidem suas lucubrations ad commu-  
nem studiosorum vsum, & vtilitatem, & pro suo erga  
Medicam artem, genusq; humanum amore, typis com-  
mittere, & in quāmplurima exemplaria deriuare velit,  
ni vereretur oleum, operam, & impensas, quæ non nisi  
ingentes esse possunt, sibi deperituras, & se extraneis,  
qui fucorum ad instar alienis incumbunt laboribus,  
sementem facturum: haud indignū duximus, cundem  
Damianum Vissenacū Priuilegio nostro aduersus hu-  
iuscmodi fraudes numire, Ac proinde harum literarū  
nostrarū serie autoritate nostra Imperiali decernimus,

&amp;

& sancimus, ne quispiam in toto Romano Imperio, &  
ditione nostra, præfatas Medicinæ Theoricas, & Offi-  
cinam Pharmacopolarum, intra triennium ab earum  
æditione prima, citra autoris ipsius expressam volun-  
tatem, & consensum, imitari, vel imprimere, seu alibi  
impressa intra imperii, & ditionis nostræ fines addu-  
cere, vendere, distrahere clam've palam've ausit.  
Quod si quis contrafecerit, pœnam amissionis libro-  
rum, quos ipsi Damiano Vissenaco applicandos decer-  
nimus, vel ab eo mandatum habentibus, & amplius  
mulctam quinq; Marcharum auri puri Fisco nostro  
Imperiali, & Damiano Vissenaco ex æquo pendendam,  
toties quoties contrafactum fuerit, se nouerit ipso fa-  
cto incurrisse. M A N D A M V S porrò vniuersis &  
singulis Imperii sacri Electoribus, Principibus, Ordini-  
bus, subditisq; & fidelibus tam nostris, quam eiusdē  
imperii, cuiuscunq; præminentia, dignitatis, status, &  
conditionis existant, ut hoc nostrum Edictum, & Priu-  
ilegium conseruent, & exequantur, obseruariq; & ex-  
equutioni mandari, per quos decet, faciant, Quatenus  
gratiam nostram charam habuerint, & pœnas prænar-  
ratas cupiant euitare. Harum testimonio literarum ma-  
nu nostra subscriptarum, & sigilli nostri appensione mu-  
nitarum. Dat. in oppido nostro Gandaui, Die Duo-  
decima Mensis Martii, Anno Domini supra sesquimil-  
lesimum Quadragesimo, Imperii nostri Vigesimo, &  
Regnum nostrorum Vigesimo Quinto.

Ad mandatum Cæsareæ & Ca-  
tholicæ Maiestatis proprium.

Obernburger.

A 16690 II

A N T W E R P I A E,  
Imprimebat Antonius Dumæus.  
An. M. D. XLI.







